PIUS XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) pp. 247-248: «Ipsa fuit, quae Christum Dominum, iam in virgineo gremio suo Ecclesiae Capitis dignitate donatum... edidit... Ipsa igitur, omnium membrorum Christi sanctissima Genitrix...».

Ibid., p. 247: «Quaeque consensit “loco totius humanae naturae”, ut “quoddam spirituale matrimonium inter Filium Dei et humanam naturam” haberetur».

BOVER I. M., in *op. cit.* per plus quam 350 paginas probare conatur Deiparae Virginis consensum cor-

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
Qui Dei hominumque matris salutariter effi- cax consensus	Qui Dei hominumque matris, salutariter effi- cax consensus	Qui Dei hominumque matris salutaris con- sensus	Qui Dei Genitricis sa- lutaris consensus at- que consortium
a tempore virginalis conceptionis usque ad Christi mortem haud raro confirmatus est,	a tempore virginalis conceptionis usque ad Christi mortem haud raro confirmatus est (¹¹),	a tempore virginalis conceptionis usque ad Christi mortem haud raro confirmatus est (¹⁰),	a tempore virginalis conceptionis usque ad Christi mortem perse- veravit,
maxime vero dum, non sine divino consi- lio, iuxta crucem stetit ibique voluntatem suam voluntati aeterni Patris coniunxit, cum Unigeno (!) suo acerri- me condoluit, et fruc- tum ventris sui, pre-	maxime vero dum, non sine divino consi- lio, iuxta crucem stetit ibique voluntatem suam voluntati aeterni Patris coniunxit, cum Unigeno (!) suo acerri- me condoluit, et fruc- tum ventris sui, pre-	maxime vero dum, non sine divino consi- lio, iuxta crucem stetit ibique aeterno Patri liberrime obsecuta est, cum Unigeno (!) suo acerri- me condoluit eundemque ut pre- tium redemptionis	maxime vero dum, non sine divino consi- lio, iuxta crucem stetit [cf. <i>Io.</i> 19, 25], cum Unigeno (!) suo acerri- me condoluit, eun- demque ut pretium redemptionis nostrae, cum Ipso et per Ipsum

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

redemptionis ac mediationis fundamentum esse. Et sane, angelus Virgini una cum divina maternitate huma-
nam quoque salutem annuntiat, et Virgo, angelo respondens, humanam quoque salutem intendit ac spectat.
Ulterius, Incarnatio est salutis exordium, et divina maternitas ad humanam salutem a Deo providenter ordi-
natur et fructum edit formaliter salutarem.

S. IOANNES DAMASCENUS, *Homilia 1 in Nativ. B. V. M.*: PG 96, 671: «Maria divinae obsequens volun-
tati, deceptorem anguem ipsa decepit, ac mundo immortalitatem invexit».

Nota sunt praeterea verba S. LEONIS, *Sermo in Nativ. Domini*, c. 1: PL 54, 191: «Prius mente quam cor-
pore» Virgo concepit.

Cf. etiam S. AUGUSTINUS, *Sermo 215*, 4: PL 38, 1074. Est consensus in Salvatore incarnandum qui
[Mt. 1, 21] «salvum faciet populum suum a peccatis eorum».

Notum est auctores catholicos haud idem sentire quoad varios textus patristicos, qui in supra allegato
opere P. BOVER leguntur. Id potissimum dicendum quod attinet ad scripta S. EPHRAEM, de quo iure merito-

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
Qui Dei Genitricis salutaris consensus atque consortium	Qui Dei Genitricis salutaris consensus atque consortium	Qui Dei Genitricis salutaris consensus atque consortium	<i>Huiusmodi autem Dei Genitricis salutaris consensus, unde et eius consortium in redemptionis opere perficiendo,</i>
a tempore virginalis conceptionis Iesu Christi usque ad eius mortem perseveravit ⁽¹⁰⁾ ,	a tempore virginalis conceptionis Iesu Christi usque ad eius mortem perseveravit ⁽¹⁰⁾ ,	a tempore virginalis conceptionis Iesu Christi usque ad eius mortem perseveravit, ¹⁰	a tempore virginalis conceptionis Iesu Christi usque ad eius mortem perseveravit, ¹⁰
maxime vero dum, non sine divino consilio, iuxta crucem stetit [cf. <i>Io.</i> 19, 25], cum Unigeno (!) suo acerrime condoluit, eundemque ut pretium redemptionis nostrae, cum Ipso, et per	maxime vero dum, non sine divino consilio, iuxta crucem stetit [cf. <i>Io.</i> 19, 25], cum Unigeno (!) suo vehementer condoluit, eundemque ut pretium redemptionis nostrae, cum Ipso, et per	maxime vero dum, non sine divino consilio, iuxta crucem stetit (cf. <i>Io.</i> 19, 25), cum Unigeno (!) suo vehementer condoluit, eundemque ut pretium redemptionis nostrae, cum Ipso, et	maxime vero <i>tunc enituit, cum iuxta crucem, non sine divino consilio, stetit</i> (cf. <i>Io.</i> 19, 25); vehementer <i>cum Unigenito suo</i> condoluit; <i>eum ut</i> pretium redemptionis nostrae, cum Ipso et per Ipsum

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

que scribit RICCIOTTI: «Trattare degli scritti di S. Efrem è come mettersi a navigare in un mare le cui rive ancora non siano state tutte esplorate e sulla cui superficie s'intravedono minacciosi molti scogli: il mare è la quantità degli scritti, le rive sono il loro numero, gli scogli sono le interpolazioni e false attribuzioni» [cf. RICCIOTTI G., *S. Efrem Siro...*, Roma-Torino, 1925, p. 91].

¹⁰ Cf. Lc. 2, 1-7; 2, 16-20; 22, 22-38; Mt. 1, 20-23; 2, 11. 13-15; Io. 19, 25-27.

LEO XIII, Litt. Apost. *Parta humano generi*, l. c. XXI, p. 159: Maria «mysteriis nostrae Redemptionis... non adfuit tantum, sed interfuit».

LEO XIII, Litt. Encycl. *Iucunda semper*: l. c. XIV, p. 307: «Quum enim se Deo vel ancillam ad matris officium exhibuit vel totam cum Filio in templo devovit, utroque ex facto iam tum (!) consors cum eo existit laboriosae pro humano genere expiationis».

S. PIUS X, Litt. Encycl. *Ad diem illum*, 2 febr. 1904: Acta Pii X, I, p. 150: «Opus est omnino sanctissimam eius Matrem mysteriorum divinatorum participem ac veluti custodem agnoscere, in qua, tamquam in fundamento post Christum nobilissimo, fidei saeculorum omnium exstruitur aedificatio».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
tium redemptionis nostrae, cum Christo et per Christum nova veluti Eva obtulit ⁽¹⁶⁾ .	tium redemptionis nostrae, cum Christo et per Christum nova veluti Eva obtulit ⁽¹²⁾ .	nostrae, cum Ipso et per Ipsum perliberenter obtulit ⁽¹¹⁾ .	perliberenter obtulit; quum, ut mater fidelium a Christo ipso salutatur [cf. <i>Io.</i> 19, 26-27].

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

¹¹ Summi Pontifices loquendo de Maria sub cruce dicunt quod Maria exercebat actus fidei, spei et caritatis, ita unita amore doloribus Christi ut sit connexio inter compassionem Mariae et redemptionem; ipsa renuntiat iuribus maternis et offert sacrificium maternum, fitque nostra mater spiritualis. Paucis verbis: compassio Mariae connexionem habet cum redemptione, talique modo ut ipsa inde merito dici possit corredemptrix, et per modum unius recensentur fructus redemptionis Christi et compassionis Mariae.

En quidam textus:

LEO XIII, Litt. Apost. *Iucunda semper*, 8 sept. 1894: Acta Leonis XIII, XIV, pp. 307-308: «Consors cum eo exstitit laboriosae pro humano genere expiationis: ex quo etiam, in acerbissimis Filii angoribus et cruciamentis, maxime animo condoluisse dubitandum non est. Ceterum, praesente ipsa et spectante, divinum illud sacrificium erat conficiendum, cui victimam de se generosa aluerat... *stabat iuxta crucem Iesu Maria, Mater eius*, quae tacta in nos caritate immensa ut susciperet filios, Filium ipsa suum ultro obtulit iustitiae divinae, cum eo commoriens corde, doloris gladio transfixa».

S. PIUS X, Litt. Encycl. *Ad diem illum*, 2 febr. 1904: Acta Pii X, I, p. 153: «Ad haec, Deiparae sanctissimae non hoc tantum in laude ponendum est quod nascituro ex humanis membris Unigenito Deo carnis suae materiam ministravit, qua nimirum salutem hominum compararetur hostia; verum etiam officium eiusdem hostiae custodiendae nutriendaeque atque adeo, stato tempore, sistendae ad aram».

BENEDICTUS XV, Litt. Apost. *Inter sodalicia*, 22 mart. 1918: AAS 10 (1918) p. 182: «Ita cum Filio patiente et moriente passa est et paene commortua, sic materna in Filium iura pro hominum salute abdicavit placandaeque Dei iustitiae, quantum ad se pertinebat, Filium immolavit, ut dici merito queat, Ipsam cum Christo humanum genus redemisse».

PIUS XI, Litt. Encycl. *Miserentissimus Redemptor*, 8 maii 1928: AAS 20 (1928) p. 178: «Praesens arideat Virgo Dei Parens benignissima, quae, cum Iesum nobis Redemptorem ediderit, aluerit, apud crucem hostiam obtulerit, per arcanam cum Christo coniunctionem eiusdemque gratiam omnino singularem, Reparatrix item exstitit pieque appellatur».

PIUS XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*: AAS 35 (1943), p. 247: «Ipsa fuit, quae vel propriae vel hereditariae labis expers, arctissime semper cum Filio suo coniuncta, eundem in Golgotha, una cum maternorum iurium maternique amoris sui holocausto, nova veluti Eva, pro omnibus Adae filiis, miserando eius lapsu foedatis, Aeterno Patri obtulit».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
Ipsum perliberenter obtulit ⁽¹¹⁾ ;	Ipsum perliberenter obtulit ⁽¹¹⁾ ;	per Ipsum perliberenter obtulit ⁽¹¹⁾ ;	<i>magno animo obtulit</i> ⁽¹¹⁾ ;
quum, ut mater generis humani a Christo ipso salutatur [cf. <i>Io.</i> 19, 26-27] ⁽¹²⁾ .	cum, ut mater hominum a Christo ipso indicatur [cf. <i>Io.</i> 19, 26-27] ⁽¹²⁾ .	cum, ut mater hominum a Christo ipso indicatur (cf. <i>Io.</i> 19, 26-27). ⁽¹²⁾	<i>cumque demum ab eodem Christo Iesu in cruce moriente mater hominibus data est</i> (cf. <i>Io.</i> 19, 26-27). ⁽¹²⁾

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Afferri quoque potuissent, praeter testimonia Ss. Roberti Bellarmini et Petri Canisii, permultae aliorum theologorum auctoritates.

¹² Notum est plures Vicarios Christi constanter et consulto affirmasse Iesum Christum sanxisse Matrem suam nostram quoque esse Matrem, eamque testamento illo sollemni a Ioanne tradito [cf. *Io.* 19, 26-27], nobis in persona Discipuli dilecti reliquisse; cf. UNGER D., O. F. M. Cap., *The Meaning of John 19. 26-27 in the Light of Papal Documents*, in: *Marianum* 21 (1959), pp. 186-221, ubi afferuntur testimonia BENEDICTI XIV, PII VIII, GREGORII XVI, PII IX, LEONIS XIII, BENEDICTI XV, PII XI, PII XII. Ex hisce quamplurimis testimoniis en quaedam tantummodo:

LEO XIII, Litt. Encycl. *Octobri mense*: ASS 24 (1891-92) p. 196: «... talem de cruce praedicavit, quum universitatem humani generis, in Ioanne discipulo, curandam ei fovendamque commisit...»;

ID., Epist. Apost. *Amantissimae voluntatis*, 14 apr. 1895: ASS 27 (1894/95) p. 592: «... sanctissimam Dei Genitricem, quam humano generi Christus ipse e cruce reliquit atque attribuit matrem...»;

ID., Litt. Encycl. *Adiutricem populi*: ASS 28 (1895/96) p. 130: «Eximiae in nos caritatis [Christi] mysterium ex eo quoque luculenter proditur, quod moriens Matrem ille suam Ioanni discipulo matrem voluit relictam, testamento memori: "Ecce filius tuus". In Ioanne autem, quod perpetuo sensit Ecclesia, designavit Christus personam *humani generis*, eorum in primis qui sibi ex fide adhaerescerent...»;

BENEDICTUS XV, Litt. Apost. *Inter Sodalicia*, 22 mart. 1918: AAS 10 (1918) p. 182: «Liquet item, Virginem Perdolentem, utpote quae, a Iesu Christo *universorum hominum* Mater constituta...»;

PIUS XI, Litt. Apost. *Explorata res*, 2 febr. 1923: AAS 15 (1923) p. 104: «... Virgo perdolens redemptionis opus cum Iesu Christo participavit, et constituta *hominum Mater*, eos, sibi veluti testamento divinae caritatis commendatos, amplexa...»;

ID., Litt. Encycl. *Lux veritatis*, 25 dec. 1931: AAS 23 (1931) p. 514: «... talem de cruce praedicavit, cum universitatem humani generis in Ioanne discipulo, curandam ei fovendamque commisit» [citando Encycl. Leonis XIII, cf. supra];

PIUS XII, Litt. Encycl. *Fulgens corona*, 8 sept. 1953: AAS 45 (1953) p. 584: «... Mater nostra Maria nihil optatius habet, nihil iucundius, quam cum eos videt, quos sub Cruce Nati in eius vicem suscepit filios...»;

ID., Epist. ad *Em.mum Card. Al. Maglione*, 15 apr. 1942: AAS 34 (1942) p. 126;

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
Quoniam vero humanae redemptionis opus non ante perfectum erit quam promissus a Christo Spiritus Sanctus advenerit, Maria, quae suis precibus impetravit effusionem Spiritus, qui anima est Ecclesiae, die Pentecostes, cum Apostolis in Caenaculo aderat ⁽¹⁷⁾ .	Quoniam vero humanae redemptionis opus non ante integrum erit quam promissus a Christo Spiritus Sanctus advenerit, Maria, quae suis precibus impetravit effusionem Spiritus, die Pentecostes, cum Apostolis in Caenaculo aderat ⁽¹³⁾ .	Quoniam vero humanae redemptionis opus non ante integrum erit quam promissus a Christo Spiritus Sanctus advenerit, Maria, suis precibus impetrans effusionem Spiritus, die Pentecostes, cum Apostolis in Caenaculo aderat ⁽¹²⁾ .	Quoniam vero humanae redemptionis sacramentum non ante perfectum erit quam promissus a Christo Spiritus Sanctus, in die Pentecostes, advenerit, Maria, una cum Apostolis in oratione perseverans [cf. <i>Act.</i> 1, 14] suis quoque precibus effusionem Spiritus impetravit.
Cum itaque beatissima Virgo, divina providentia sic disponente, hisce in terris Christi passibilis fuerit gene-	Cum itaque beatissima Virgo, divina providentia sic disponente, hisce in terris Christi passibilis fuerit gene-	Cum itaque beatissima Virgo, divina Providentia sic disponente, hisce in terris Christi passibilis fuerit gene-	Cum itaque beatissima Virgo ab aeterno praedestinata, ut sit Dei hominumque mater, divina Providentia sic

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Id., Alloc. *Iis qui interfuerunt Conventui Sodalitatis internationalis "Filiarum Mariae Immaculatae"*, 17 iul. 1954: AAS 46 (1954) p. 494;

IOANNES XXIII, *Nuntius Radiophonicus VII Congressui Mariano Galliae: L'Oss. Rom.* 10-11 iul. 1961: «La sainte Ecriture, avec ce point très lumineux... qui vous conduit... au sommet sublime de la théologie mariale, Jésus au haut sur la croix: à ses pieds, Marie, la mère, et Jean, l'Apotre de prédilection...»;

Id., *L'omaggio dei redenti alla Madre celeste: L'Oss. Rom.* 8 sept. 1960: «Il Nuovo Testamento incomincia, ben si può dire, con le parole del divino Inviato: "Angelus Domini nuntiavit Mariae". Al termine, al vertice della comunicazione della Divinità con l'umanità, è Gesù il Redentore del mondo, il quale, poco prima della sua morte di croce, affida Maria all'Apostolo Giovanni dicendogli: "Ecco tua Madre", e raccomandando il discepolo a Maria aggiunge: "Ecco il tuo figlio". Il testamento del Signore è il suggello, la manifestazione più alta della vita della santa Chiesa... Nella vita del cristiano tutto dunque è illuminato da questa nota che tocca il cuore: Maria nostra Madre».

Cf. KERRIGAN A., O. F. M., *Jo. 19, 23-27 in the Light of Johannine Theology and the Old Testament*, in: *Antonianum* 35 (1960) pp. 369-416.

¹³ Act. 1, 14; 2, 1-4.

LEO XIII, Litt. Encycl. *Superiore anno*, 30 aug. 1884: Acta Leonis XIII, IV, p. 124: «Intuendum item

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
Quoniam vero humanae redemptionis sacramentum non ante perfectum erit quam promissus a Christo Spiritus Sanctus, in die Pentecostes, advenerit, Maria, una cum Apostolis in oratione perseverans [cf. <i>Act.</i> 1, 14] suis quoque precibus effusionem Spiritus impetravit ¹³ .	Quoniam vero humanae redemptionis sacramentum non ante perfectum erit quam promissus a Christo Spiritus Sanctus, in die Pentecostes, advenerit, Maria, una cum Apostolis in oratione perseverans [cf. <i>Act.</i> 1, 14] suis quoque precibus effusionem Spiritus impetravit ¹³ .	Quoniam vero humanae redemptionis sacramentum non ante perfectum erit, quam promissus a Christo Spiritus Sanctus, in die Pentecostes, advenerit, Maria, una cum Apostolis in oratione perseverans (cf. <i>Act.</i> 1, 14) suis quoque precibus effusionem Spiritus impetravit. ¹³	Quoniam vero humanae redemptionis sacramentum non ante perfectum erit, quam promissus a Christo Spiritus Sanctus, in die Pentecostes, advenerit, <i>Mariam</i> una cum Apostolis in oratione <i>in Caenaculo contem- plamur perseverantem</i> (cf. <i>Act.</i> 1, 14), suis quoque precibus effusionem Spiritus <i>implo- rantem</i> . ¹³
Cum itaque beatissima Virgo ab aeterno prae-destinata, ut sit Dei hominumque mater, divina Providentia sic	Cum itaque beatissima Virgo ab aeterno prae-destinata, ut sit Dei hominumque mater, divina Providentia sic	Cum itaque beatissima Virgo ab aeterno prae-destinata, ut sit Dei hominumque mater, divina Providentia sic	Cum itaque beatissima Virgo ab aeterno prae-destinata <i>ut esset</i> Dei hominumque mater, divina Providentia sic

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

in exemplum Apostolorum, qui maximum Spiritus Paracliti donum sibi promissum exspectaverunt, perse-
verantes unanimiter in oratione cum Maria Matre Iesu».

LEO XIII, Litt. Encycl. *Adiutricem populi*: Acta Leonis XIII, XV, p. 302: «In Ioanne autem, quod per-
petuo sensit Ecclesia, designavit Christus personam humani generis... Huius igitur singularis muneris et
laboriosi partes ea suscepit obiitque magnanima, consecratis in Caenaculo auspiciis: christianae gentis pri-
mitias iam tum sanctimonia exempli, auctoritate consilii, solatii suavitate, efficacitate sanctorum precum
admirabiliter fovit; verissime quidem mater Ecclesiae atque magistra et regina Apostolorum, quibus largita
etiam est de divinis oraculis quae *conservabat in corde suo*».

LEO XIII, Litt. Apost. *Iucunda semper*, 8 sept. 1894: Acta Leonis XIII, XIV, p. 308: «Quoniam vero
humanae redemptionis sacramentum non ante perfectum erit quam promissus a Christo Spiritus Sanctus
advenerit, ipsam idcirco in memori Caenaculo contemplantur, ubi simul cum Apostolis pro eis postu-
lans inenarrabili gemitu, eiusdem Paracliti amplitudinem maturat Ecclesiae, supremum Christi donum, the-
saurum nullo tempore defecturum».

PIUS XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*: AAS 35 (1943) p. 248: «Ipsa fuit, quae validissimis suis preci-
bus impetravit, ut Divini Redemptoris Spiritus, iam in Cruce datus, recens ortae Ecclesiae prodigialibus
muneribus Pentecostes die conferretur».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
rosa socia in gratia pro hominibus acquirenda, socia quoque Christi gloriosi in caelo manet in gratia hominibus conferenda: Regina mundi ⁽¹⁸⁾ gratiarumque ministra et mediatrix ⁽¹⁹⁾ .	rosa socia in gratia pro hominibus acquirenda, socia quoque Christi gloriosi in caelo manet in gratia hominibus conferenda: Regina mundi ⁽¹⁴⁾ , gratiarumque ministra et mediatrix ⁽¹⁵⁾ , intercedens per Christum pro nobis ⁽¹⁶⁾ .	rosa socia in gratia pro hominibus acquirenda, socia quoque Christi gloriosi in caelo manet in gratia hominibus conferenda: intercedens per Christum pro nobis ⁽¹⁶⁾ .	disponente, hisce in terris Christi passibilis fuerit generosa socia in gratia pro hominibus acquirenda, socia quoque Christi gloriosi manet in gratia hominibus conferenda: omnium gratiarum mediatrix, intercedens per Christum pro nobis.

Huic itaque cooperationi Matris Dei, Novae veluti Evae cum Novo Adamo⁽¹⁴⁾, in humanae redemptionis peragendo opere, tituli “Mediatrix”⁽¹⁵⁾, “Gratiarum Dispensatrix”⁽¹⁶⁾, “Regina”⁽¹⁷⁾, “Mater spiritualis”⁽¹⁸⁾, “Socia Christi Redemptoris”⁽¹⁹⁾, quibus Magisterium Ecclesiae, veneranda Traditio fideliumque pius sensus beatissimam Virginem nuncupare consueverunt, tamquam solido fundamento, radici (!) ac principio nituntur; ac proinde hos titulos vacuos inanesque esse dicere nefas est.

Huic itaque cooperationi Matris Dei, Novae veluti Evae cum novo Adamo, in humanae redemptionis peragendo opere, multiplices variique tituli, quibus Magisterium Ecclesiae, veneranda Traditio fideliumque pius sensus beatissimam Virginem salutare consueverunt, tamquam solido fundamento, radici (!) ac principio nituntur; ac proinde hos titulos, recte intellectos, vacuos inanesque esse dicere nefas est.

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
disponente, hisce in terris Christi passibilis fuerit generosa socia in gratia pro hominibus acquirenda, socia quoque Christi gloriosi manet in gratia hominibus conferenda:	disponente, hisce in terris Christi passibilis fuerit generosa socia in gratia pro hominibus acquirenda, socia quoque Christi gloriosi manet in gratia hominibus conferenda:	disponente, hisce in terris Christi passibilis fuerit generosa socia in gratia pro hominibus acquirenda, socia quoque Christi gloriosi manet in gratia hominibus conferenda.	disponente hisce in terris Christi passibilis fuerit generosa socia in gratia pro hominibus acquirenda,
ideoque iure dicitur omnium gratiarum mediatrix ⁽¹⁴⁾ , intercedens per Christum pro nobis ⁽¹⁵⁾ .	<i>et</i> iure dicitur omnium gratiarum mediatrix ⁽¹⁴⁾ , intercedens per Christum pro nobis ⁽¹⁵⁾ .		CAELESTIUM QUOQUE GRATIARUM ADMINISTRATA ET DISPENSATRIX IURE MERITOQUE SALUTATUR.
Huic itaque cooperationi Matris Dei, Novae veluti Evae cum Novo Adamo ⁽¹⁶⁾ , in humanae redemptionis peragendo opere, multiplices variique tituli, quibus Magisterium Ecclesiae, veneranda Traditio fideliumque pius sensus beatissimam Virginem salutare consueverunt ⁽¹⁷⁾ , tamquam solido fundamento, radici (!) ac principio nituntur; ac proinde hos titulos, recte intellectos, vacuos inanesque esse dicere nefas est.	<i>[In redactione VI textus hinc ablati in sequentem paragraphum tertiam translatus est.]</i> k [<i>vide pag. 127</i>]	<i>[In redactione VI textus hinc ablati in sequentem paragraphum tertiam translatus est.]</i> k [<i>vide pag. 127</i>]	<i>[In redactione VI textus hinc ablati in sequentem paragraphum tertiam translatus est.]</i> k [<i>vide pag. 127</i>]

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
Hinc sequitur Mariam, quae in Corpore Christi Mystico, quod est Ecclesia, condendo partes habuit	Hinc sequitur Mariam, quae in Corpore Christi mystico quod est Ecclesia, condendo partes habuit,	Hinc sequitur Mariam, quae in Corpore Christi mystico condendo partes habuit,	Hinc sequitur Mariam, quae in Corpore Christi mystico condendo partes habuit,
(tum inchoative tempore incarnationis tum complete in Calvariae loco),			
et quae assumpta in caelum erga omnes maternum gerit amorem,	et quae assumpta in caelum erga omnes maternum gerit animum,	et quae assumpta in caelum erga omnes maternum gerit animum,	et quae assumpta in caelum erga omnes maternum gerit animum,
non aliquem accidentalem, marginalem seu periphericum, sed centralem locum in Ecclesia obtinere ⁽²⁰⁾ .	non in peripheria, sed insimul cum Christo, in ipsomet centro Ecclesiae locum obtinere ⁽¹⁷⁾ .	non in 'peripheria', sed in ipsomet 'centro' Ecclesiae locum obtinere ⁽²⁰⁾ .	super omnes post Filium suum obtinere primatum, ac proinde non, uti quidam aiunt, "in peripheria", sed in ipsomet "centro" Ecclesiae locum obtinere.

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

¹⁴ PIUS XII, Litt. Encycl. *Ad caeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954) pp. 625-640. Hisce in litteris encyclicis quibus festum universale Mariae Reginae instituitur, huius regalitatis factum, tituli, natura explanantur. Regalitas Mariae eruitur ex Sacra Scriptura [Lc. 1, 30-35], ex traditione, ex ratione theologica: nempe ex divina maternitate et ex consortio cum Christo Rege. « Si Maria – scribit PIUS XII, l. c. p. 634 ss. – in spiritali procuranda salute, cum Iesu Christo, ipsius salutis principio, ex Dei placito sociata fuit, et quidem simili quodam modo, quo Heva fuit cum Adam, mortis principio, consociata, ita ut asseverari possit nostrae salutis opus, secundum quandam "recapitulationem" peractum fuisse, in qua genus humanum, sicut per virginem morti adstrictum fuit, ita per virginem salvatur; si praeterea asseverari itidem potest hanc gloriosissimam Dominam ideo fuisse Christi matrem delectam "ut redimendi generis humani consors efficeretur" ...; inde procul dubio concludere licet, quemadmodum Christus, novus Adam, non tantum quia Dei Filius est, Rex dici debet, sed etiam quia Redemptor est noster, ita quodam analogiae modo, Beatissimam Virginem esse Reginam non tantummodo quia mater Dei est, verum etiam quod nova veluti Heva cum novo Adam consociata fuit».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
Hinc sequitur Mariam, quae in Corpore Christi mystico condendo partes habuit,	Hinc sequitur Mariam, quae in Corpore Christi mystico condendo partes habuit,	Hinc sequitur Mariam, quae in corpore Christi mystico condendo partes habuit,	Hinc sequitur Mariam, quae in corpore Christi mystico condendo partem habuit,
et quae assumpta in caelum erga omnes maternum gerit animum,	et quae assumpta in caelum Reginaque a Domino constituta erga omnes maternum gerit animum,	et quae assumpta in caelum Reginaque a Domino constituta erga omnes maternum gerit animum,	<i>quaeque</i> assumpta in caelum <i>ac</i> Regina a Domino constituta, erga omnes maternum gerit animum,
super omnes post Filium suum quemdam obtinere primatum ⁽¹⁸⁾ , ac proinde non, uti quidam aiunt “in peripheria” ⁽¹⁹⁾ , sed in ipsomet “centro” Ecclesiae locum obtinere.	super omnes post Filium suum obtinere quemdam primatum ⁽¹⁸⁾ , ac proinde non uti quidam aiunt “in peripheria” ⁽¹⁹⁾ , sed in ipsomet “centro” Ecclesiae sub Christo locum obtinere.	super omnes post Filium suum obtinere quemdam primatum, ¹⁴ ac proinde non, uti quidam aiunt «in peripheria», ¹⁵ sed in ipsomet «centro» Ecclesiae sub Christo locum obtinere.	super omnes post Filium suum obtinere quemdam primatum, ¹⁴ ac proinde non, uti quidam aiunt, «in peripheria» ¹⁵ sed in ipsomet «centro» Ecclesiae sub Christo <i>collocari</i> .

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Pag. 635: «Nullum igitur dubium est Mariam Sanctissimam dignitate sua super omnes res creatas excellere itemque super omnes post Filium suum obtinere primatum».

¹⁵ De tendentia «minimalistica» inter ipsos quosdam catholicos viros sparsa, qui potissimum sic dictam viam «ecclesiologicam» tenent, cf. e. g. PINSK J., *Grundsätzliche und praktische Erwägungen zur christlichen Verbindung im Marianischen Jahr*, Berlin 1954;

GEISELMANN J. R., *Marien-Mythos und Marien-Glaube*, in: *Maria in Glaube und Frömmigkeit...*, 1954, pp. 39-91.

PIUS XII, *Nuntius Radiophonicus Iis qui interfuerunt conventui internationali mariologico-mariano*, Romae habito, 24 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 679: «Etsi verum est Beatissimam Virginem quoque, uti nos, Ecclesiae esse membrum, tamen non minus verum est eam esse Corporis Christi Mystici membrum PLANE SINGULARE».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
---------------------------------------	--	---	---

[In redactione VI textus a praecedenti paragrapho secunda ad hanc tertiam paragraphum translatus est.] *[In redactione VI textus a praecedenti paragrapho secunda ad hanc tertiam paragraphum translatus est.]*

[vide pag. 122] ○

[vide pag. 122] ○

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

¹⁶ In antiquitate christiana Maria solet nuncupari Eva qui titulus ex principio recirculationis seu parallelismi inter Mariam et Evam videtur esse desumptus. Testimonium huius adstat iam apud S. Iustinum (*Dialogus cum Tripbone*, 100: PG 6, 710): «Et cum Eum Filium Dei esse... legamus... et ex Virgine hominem esse factum, ut qua via initium orta a serpente inoboedientia accepit, eadem et dissolutionem acciperet...». Eodem autem principio suffultus S. Irenaeus Mariam explicite appellat causam salutis universi generis humani (*Adversus haereses*, III, c. 24, 4: PG 7, 959). Post Concilium Ephesinum ipsemet titulus Mediatrix vel, ut graeci aiunt, *Mesites seu Mesetría*, Mariae attribuitur. Apud sat antiquum auctorem (quidam dicunt saec. V, sed certe ante saec. VIII) legitur: «Ipsa enim est caeli et terrae Mediatrix, quae unionem naturaliter peregit» (*Homilia V. de laudibus 5. Mariae Deiparae*: PG 43, 491). Qui titulus communior in dies evasit, uti videre est apud S. Andream Cretensem (PG 97, 866), S. Germanum Constantinopolitanum (*In Dormitione Deiparae*: PG 98, 362, 369), S. Ioannem Damascenum (*In Annuntiatione B. V. Mariae*: PG 96, 659), etc.

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
	3. [De titulis quibus consociatio Beatae Virginis Mariae cum Christo in oeconomia nostrae salutis exprimi solet].	3. [De titulis quibus consociatio Beatae Virginis Mariae cum Christo in oeconomia nostrae salutis exprimi solet].	3. [De titulis quibus consociatio Beatae Virginis Mariae cum Christo in oeconomia nostrae salutis exprimi solet].
[In redactione VI textus a praecedenti paragrapho secunda ad hanc tertiam paragraphum translatus est.]	Quoniam cooperationi Matris Dei, Novae veluti Evae cum Novo Adamo, in humanae redemptionis peragendo opere, multiplices variique tituli, quibus Magisterium Ecclesiae, veneranda Traditio fideliumque pius sensus Beatissimam Virginem salutare consueverunt, tamquam solido fundamento, radice ac principio nituntur, nefas est dicere, istos titulos, recte intellectos, vacuos inanesque	Quoniam cooperationi Matris Dei, Novae veluti Hevae cum Novo Adamo, in humanae redemptionis peragendo opere, multiplices variique tituli, quibus Magisterium Ecclesiae, veneranda Traditio fideliumque pius sensus Beatissimam Virginem salutare consueverunt, ¹⁶ tamquam solido fundamento, radice ac principio nituntur, nefas est dicere, eosdem titulos, in sensu Ecclesiae intellectos, va-	Quoniam in cooperatione Matris Dei cum Christo, novae veluti Hevae cum novo Adamo, in humanae redemptionis peragendo opere, multiplices variique tituli, quibus Magisterium Ecclesiae, veneranda Traditio fideliumque pius sensus Beatissimam Virginem salutare consueverunt, ¹⁶ tamquam solido fundamento, radice ac principio nituntur, nefas est dicere, eosdem titulos, in sensu Ecclesiae intel-
[vide pag. 122] o			

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Neque desunt SS. Patres qui Mariam salutant ceu «Adiutricem Redemptoris» (cf. *Encomium in Dormitionem S. Dominae Nostrae*: PG 86, 3294), vel matrem viventium, idque allegando Gen. 3,15 (S. EPIPHANIUS, *Adversus haereses*, 78: PG 42,727).

Quae omnia evoluta sunt a Theologis et a Summis Pontificibus, et creata est nomenclatura, ubi Maria vocatur mox Mater spiritualis hominum, mox Regina caeli et terrae, alia vice Nova Heva, Mediatrix, Dispensatrix omnium gratiarum, immo et Corredemptrix. Quod attinet ad titulum «Regina» cf. notam 14; quoad titulum «Mater spiritualis», «Mater hominum» cf. notam 12; quoad titulum «Corredemptrix», «Socia Christi Redemptoris» hic quaedam adiungenda sunt:

Iam saeculo X occurrit titulus Redemptrix: «Sancta redemptrix mundi, ora pro nobis». Quando saeculo XV et XVI hic titulus usitatus evadit, et iam percipitur immediata cooperatio B. Virginis in opere

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
		[<i>vide pag. 122</i>] ◦	[<i>vide pag. 122</i>] ◦

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

nostrae redemptionis, vocabulo «Redemptrix» additur «con», et ita Mater Dei nuncupatur «corredemptrix», dum Christus «Redemptor» appellari pergit. Inde a saeculo XVII, titulus «Corredemptrix» communissime usurpatur non solum in operibus pietati ac devotioni inservientibus, verum etiam in quamplurimis tractatibus theologicis [cf. CAROL J., *De corredemptione Beatae Virginis Mariae*, Romae, 1950, p. 482].

Quod vero attinet ad Romanos Pontifices, occurrit in quibusdam textibus S. Pii X et Pii XI, in contextibus minoris ponderis: cf. ASS 41 (1908) p. 409; AAS 6 (1914) pp. 108 s.; *L'Osserv. Rom.*, 29-30 apr. 1935.

PIUS XII consulto vitare voluit hanc expressionem adhibendo frequenter formulas «Socia Redemptoris», «Generosa Redemptoris Socia», «Alma Redemptoris Socia», «Socia in Divini Redemptoris opere».

Consortium Mariae cum Iesu in oeconomia nostrae salutis saepe saepius a Summis Pontificibus extollitur: «ad magnam Dei Matrem eandemque reparandi humani generis consortem» [LEO XIII, Const. Apost. *Ubi primum*, 2 febr. 1898: Acta Leonis XIII, XVIII, p. 161];

PIUS XI, *Alloc. peregrinantibus e dioecesi Vicent.*: *L'Osserv. Rom.* 1 dec. 1933: «Il Redentore non poteva, per necessità di cose, non associare la Madre Sua alla Sua opera, e per questo noi la invochiamo col titolo di *Corredentrice*...»;

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
[<i>vide pag. 122</i>] o	esse sive etiam Sacris Litteris contrarios esse.	cuos inanesque esse, immo Sacris Litteris adversari.	lectos, vacuos inanesque esse, immo Sacris Litteris adversari.
	Quando vero Beata Virgo 'Mediatrice' nuncupatur, absit ut in dubium ponatur illud dictum Apostoli (<i>I Tim. 2,5</i>): «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus». Etenim Christus Iesus, qui est verus Deus et verus homo, perfectus est Mediator et perfecto modo per suam mortem actum mediationis exercuit, satisfaciens pro hominibus eosque Deo uniens: factus fundamentum		

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

PIUS XII, Litt. Encycl. *Ad caeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 634: «Si Maria, in spirituali procuranda salute cum Iesu Christo, ipsius salutis principio, ex Dei placito sociata fuit...».

Praeter titulos allatos adsunt quamplurimi alii, quibus a christifidelibus Maria salutatur.

LEO XIII, Litt. Encycl. *Supremi Apostolatus*, 1 sept. 1883: Acta Leonis XIII, III, p. 282: «Veteris et recentioris aevi historiae, ac sanctiores Ecclesiae fasti publicas privatasque ad Deiparam obsecrationes vota commemorant, ac vicissim praebita per Ipsam auxilia partamque divinitus tranquillitatem et pacem. Hinc insignes illi tituli, quibus Eam catholicae gentes christianorum Auxiliatricem, Opiferam, Solatricem, bellorum potentem Victricem, Paciferam consalutarunt».

Cf. PIUS VI, Const. *Auctorem fidei*, 28 aug. 1794 [*Documentos Marianos*, n. 230]: «Item [doctrina] quae vetat, ne imagines, praesertim beatae Virginis, ullis titulis distinguantur, praeter denominationibus, quae sint analogae mysteriis, de quibus in sacra Scriptura expressa fit mentio; quasi nec adscribi possent imaginibus piae aliae denominationes, quas vel in ipsismet publicis precibus Ecclesia probat et commendat: temeraria, piarum aurium offensiva, venerationi beatae praesertim Virgini debitae iniuriosas».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
---------------------------------------	--	---	---

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
---------------------------------------	--------------------------------------	--------------------------------------	--

in quo omnia nituntur (cf. *I Cor.* 3,11; *Col.* 1,18), veritatis et gratiae fons indeficiens (cf. *Io.* 1,14-16), principium in omnibus primatum tenens (cf. *Col.* 1,18), de cuius plenitudine omnes accepimus (cf. *Io.* 1,16). Christus insuper est perfectus Mediator in quantum interpellat apud Patrem, et ea quae sunt Patris hominibus communicat, ita ut numquam oblivioni dandum est illud Apostoli (*Heb.* 4,15): «non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato».

At, etiamsi certissime perfecti Conciliatoris et Mediatoris nomen et partes alii nulli conveniant quam Christo, nihil prohibet quominus Christus sive angelis sive hominibus utatur tamquam subordinatis mediatoribus, qui tamen nihil prorsus gratiae et sanctitatis in se habere possunt quod illos idoneos faciat ad exercen-

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
---------------------------------------	--	---	---

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

¹⁷ Perlustranti *Appendicem voluminis II Actorum et Documentorum Concilio Vaticano II apparando* (pp. 131-140) apparebit plus quam 500 Episcopos et Praelatos ex omnibus quinque partibus mundi postulasse definitionem sollempnem alicuius socialis muneris B. Virginis, et potissimum eius universalis mediationis quoad gratias. Et sane, ut scribit P. DE ALDAMA, S. I., *Sacrae Theologiae Summa*, III, Matriti 1956, p. 419: «B. Virginem Mariam esse mediatricem *aliquo vero sensu*, idque ex titulo omnino speciali prae aliis Sanctis, *est de fide ex magisterio ordinario*. Recte usurpari titulum Mediatricis, *est certum ex multiplici usu Romanorum Pontificum, et Liturgiae*; nec de hoc licet dubitari». Et iterum (p. 427): «Mediationem Mariae quoad gratias dispensandas esse omnino specialem ac mediationi Sanctorum longe antecellere, videtur esse de fide ex magisterio ordinario. *Id referrri ad omnes gratias generali modo, est saltem doctrina catholica*». Simili modo alii probati auctores loquuntur.

En nonnulla testimonia ex documentis Pontificiis:

PIUS IX, Bulla *Ineffabilis Deus*, 8 dec. 1854: Pii IX P. M. Acta, pars I, vol. I, p. 617: «Totius terrarum orbis potentissima apud Unigenitum Filium suum mediatricis et conciliatricis»;

LEO XIII, Litt. Encycl. *Supremi Apostolatus*: Leonis XIII P. M. Acta, III, pp. 280-281: «Magnam Dei Parentem Mariam Virginem, quae pacis nostrae apud Deum sequestra et caelestium administra gratiarum, in celsissimo potestatis est gloriaeque fastigio in caelis collocata, ut hominibus ad sempiternam illam civitatem per tot labores et pericula contendentibus patrocinii sui subsidium impertiat»;

ID., Litt. Encycl. *Iucunda semper*, 8 sept. 1894: Leonis XIII P. M. Acta, XIV, p. 309: «Non alia nimirum nisi hac de qua dicimus conciliationis et deprecationis lege, a sancto Bernardino Senensi in hanc sententiam expressa: “Omnis gratia quae huic saeculo communicatur, triplicem habet processum. Nam a Deo in Christum, a Christo in Virginem, a Virgine in nos ordinatissime dispensantur”»;

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
	dum actum mediatio- nis, nisi id quod a Christi mediatione et per hanc perfectam mediationem prove- niat.		
		Ita non immerito ab Ecclesia beatissima Virgo gratiarum Me- diatrix nuncupatur. ¹⁷ Quod si hic in terra S. Paulus Apostolus sine intermissione in ora- tionibus memor erat fidelium, ¹⁸ et instanter rogabat ut ipse eorum	Ita non immerito ab Ecclesia beatissima Virgo gratiarum Me- diatrix nuncupatur. ¹⁷ Quod <i>si hisce in terris</i> S. Paulus Apostolus si- ne intermissione in o- rationibus memor erat fidelium, ¹⁸ et instanter <i>subsidium precum eo-</i>

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

ID., Litt. Encycl. *Adiutricem populi*, 5 sept. 1895: Leonis XIII P. M. Acta, XV, p. 303: «Ipsam dominam nostram, ipsam reparatricem totius orbis, ipsam donorum Dei esse conciliatricem»;

ID., *Ibid.*: «Quae sacramenti humanae redemptionis patranda administra fuerat, eadem gratiae ex illo in omne tempus derivandae esset pariter administra»;

ID., Litt. Encycl. *Fidentem piumque*, 20 sept. 1896: Leonis XIII P. M. Acta, XVI, p. 283: «Ipsa est de qua natus est Iesus, vera scilicet eius Mater, ob eamque causam digna et peraccepta *ad Mediatorem Mediatricem*»;

ID., Litt. Apost. *Parta humano generi*, 8 sept. 1901: Leonis XIII P. M. Acta, XXI, pp. 159-160: «Sic potentissima Virgo, Mater, quae olim cooperata est caritate ut fideles in Ecclesia nascerentur, sit etiam nunc nostrae salutis media et sequestra»;

S. PIUS X, Litt. Encycl. *Ad diem illum*, 2 febr. 1904: Pii X P. M. Acta, I, pp. 153-154: «Ex hac autem Mariam inter et Christum communionem dolorum ac voluntatis, promeruit illa ut reparatrix perditum orbis dignissime fieret, atque ideo universorum munerum dispensatrix quae nobis Iesus nece et sanguine comparavit (...) Pro ea, quam diximus, dolorum atque aerumnarum Matris cum Filio communionem, hoc Virgini augustae datum est, ut sit totius terrarum orbis potentissima apud Unigenitum Filium suum mediatrix et conciliatrix»;

BENEDICTUS XV, Litt. Apost. *Inter sodalicia*, 22 mart. 1918: AAS 10 (1918) p. 182: «Quas e Redemptionis thesauro gratias omne genus percipimus, eae ipsius Perdolentis Virginis veluti e manibus ministrantur»;

PIUS XI, Litt. Encycl. *Miserentissimus*, 8 maii 1928: AAS 20 (1928) p. 178: «Cuius Nos confisi apud

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
---------------------------------------	--	---	---

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Christum deprecatione, qui unus cum sit “Mediator Dei et hominum”, suam sibi Matrem adsciscere voluit peccatorum advocatam gratiaeque ministram ac mediatricem»;

PIUS XII, Epist. ad Em.mum Card. Al. Maglione, *Superiore anno*, 15 apr. 1940: AAS 32 (1940) p. 145: «Quandoquidem autem, ut divus Bernardus asseverat, “sic est voluntas eius [Dei], qui totum nos habere voluit per Mariam”, ad Mariam confugiant omnes, ad eius sacratissimam aram preces, lacrimas, dolores afferant, ab eademque lenimenta ac solacia petant. Quod semper maiores nostri, ut historia loquitur, in trepidis rebus dubiisque temporibus, uberi cum fructu, facere sollemne habuere, id et nos in praesentissimo periculo, quo angimur, fidentes eorum vestigia ingressi, peragere ne desistamus. Tanta enim Beata Virgo apud Deum pollet gratia, tanta apud Unigenam suum potentia fruitur, ut quisquis, egens opis, non ad eam recurrat, nullo is alarum remigio, ut Aligherius concinit, volare conetur. Ea siquidem potentissima Dei Prens est, et, quod dulcissime sapit, nostra itidem amantissima Mater...».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
		precibus apud Deum iuvaretur: ¹⁹ quanto magis expedit, ut nosmetipsos commendemus precibus illius,	<i>rum pro se poscebat,¹⁹ multo magis expedit iuvatque ut nosmetipsos commendemus precibus seu intercessioni eiusdem beatissimae Virginis Mariae.</i>
		quae magis quam ulla pura creatura, immo modo unice sibi proprio, vicina ac cara est Deo et Christo, Filio Dei et Filio suo;	<i>Ipsa enim, strictius intimiusque quam alia quaelibet pura creatura, immo modo unice sibi proprio, Deo et Christo, Filio Dei et Filio suo, copulatur,</i>
		quaeque intensius quam ulla alia pura creatura amat Deum;	<i>vehementius item quam quae maxime ex puris creaturis Deum diligit ab Eoque vicissim diligitur;</i>
		et ut mater Salvatoris (cf. <i>Lc</i> 1, 31), gladio transfixa anima (cf. <i>Lc.</i> 2, 35), sub cruce in Filio suo pro omnium	ut mater Salvatoris (cf. <i>Lc.</i> 1, 31), gladio transfixa anima (cf. <i>Lc.</i> 2, 35), sub cruce in Filio suo pro omnium salu-

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Beatissima Virgo aliquoties dicitur Mediatrix ad Mediatorem Christum, alias ad Deum. In Constitutione utraque formula adhibita est. Dicitur etiam quod intercedit per Christum, idque iuxta declarationem Concilii Tridentini de intercessione sanctorum: in sessione XXV, Decr. *De purgatorio*, dictum est: «Bonum atque utile esse, suppliciter eos [sanctos] invocare et ob beneficia impetranda a Deo *per Filium eius Iesum Christum Dominum nostrum*, qui solus noster Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes opem auxiliumque confugere»: DENZ. 984.

Patres itaque aiunt «*ob beneficia per Christum impetranda*». Unde, beata Virgo cum aliis sanctis est intercedens mediate, per Christum scilicet: inde intelligitur quare Ecclesia omnes orationes suas claudat hoc modo: *Per Dominum nostrum Iesum Christum*.

¹⁸ Cf. Rom. 1, 10; Eph. 1, 15; Phil. 1, 3-4; Col. 1, 3 et 9; 1 Th. 1, 2-3; 2 Tim. 1, 1.

¹⁹ Cf. Rom. 15, 30; 2 Cor. 1, 11; Eph. 6, 18-19; 1 Th. 5, 25; 2 Th. 3, 1; Hebr. 13, 18.

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
---------------------------------------	--	---	---

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
		salute moriente experta est amorem Dei in amore hominum quodammodo culminari (cf. <i>Io.</i> 19, 25-27).	te moriente experta est amorem Dei in amore hominum quodammodo <i>summum fastigium attingere</i> (cf. <i>Io.</i> 19, 25-27).
		Materno suo igitur amore continuo apud Deum et Christum pro nobis intercedit, et quia eius intercessio totam suam vim et efficaciam haurit ex Sacrificio cruento Filii sui benedicti, haec eius mediatio minime efficit ut unus Mediator Dei et hominum desinat esse homo Christus Iesus (cf. <i>I Tim.</i> 2, 5), sicut eius bonitas non secum portat, ut solus bonus desinat esse fons bonorum omnium, ipse Deus (cf. <i>Mt.</i> 19, 17, coll. <i>Rom.</i> 2, 4).	<i>Tot igitur tantisque titulis fulta</i> , suo amore continuo apud Deum et Christum pro nobis intercedit, et quia eius intercessio totam suam vim et efficaciam haurit ex sacrificio cruento Filii sui benedicti, haec eius mediatio minime efficit ut unus Mediator Dei et hominum desinat esse homo Christus Iesus (cf. <i>1 Tim.</i> 2, 5), sicut <i>ex eius bonitate non sequitur</i> , ut solus bonus desinat esse fons bonorum omnium, ipse Deus (cf. <i>Mt.</i> 19, 17, coll. <i>Rom.</i> 2, 4).
Licet enim neque quis cogitari possit, qui reconciliandis Deo hominibus parem atque Illa operam vel umquam contulerit, vel aliquando sit collaturus, tamen semper verum est beatissimam Virginem in sua praedestinatione, in sanctitate, omnibusque do-	Licet enim inter subordinatos mediatores quibus Sapientissimus Deus in oeconomia nostrae salutis uti voluit, neque quis cogitari possit, qui reconciliandis Deo hominibusque parem atque Dei Genitrix operam vel umquam contulerit, vel aliquan-	Licet enim inter subordinatos mediatores, quibus Sapientissimus Deus in oeconomia nostrae salutis uti voluit, <i>nemo unus</i> cogitari possit, qui reconciliandis Deo <i>hominibus</i> parem atque Dei Genitrix operam vel umquam contulerit, vel aliquando	

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
Quae catholica doctrina de munere beatissimae Virginis (utique simplicis creaturae, ancillae Domini, sed cui «fecit magna qui potens est») ⁽²¹⁾ , in oeconomia nostrae salutis	Quae catholica doctrina de munere beatissimae Virginis (utique simplicis creaturae, sed cui «fecit magna qui potens est») ⁽¹⁸⁾ , in oeconomia nostrae salutis,	Quae catholica doctrina de munere beatissimae Virginis eiusdemque simplicis creaturae, sed cui «fecit magna qui potens est» ⁽²¹⁾ , in oeconomia nostrae salutis,	Quae catholica doctrina de munere beatissimae Virginis eiusdemque simplicis creaturae, sed cui «fecit magna qui potens est» [Lc. 1, 49], in oeconomia nostrae salutis,

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

²⁰ LEO XIII, Litt. Encycl. *Fidentem piumque*: Acta Leonis XIII, XVI, p. 282: «Certissime quidem perfecti Conciliatoris nomen et partes alii nulli conveniunt quam Christo, quippe qui unus, homo idem et Deus, humanum genus summo Patri in gratiam restituerit. At vero, *si nihil prohibet*, ut docet Angelicus, *aliquos alios secundum quid dici mediatores inter Deum et homines, prout scilicet cooperantur ad unionem hominis cum Deo dispositive et ministerialiter*, cuiusmodi sunt angeli sanctique caelites, prophetae et utriusque testamenti sacerdotes, profecto eiusdem gloriae decus Virgini excelsae cumulatus convenit. Nemo etenim unus cogitari quidem potest, qui reconciliandis Deo hominibus parem atque illa operam vel umquam contulerit, vel aliquando sit collaturus...».

PIUS XII, Litt. Encycl. *Fulgens corona*, 8 sept. 1953: AAS 45 (1953) pp. 581-582: «Immerito igitur acatholici et novatores non pauci hac etiam de causa nostram reprehendunt atque improbant erga Deiparam

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
	nis, a Christo penden- tem esse Eique subiacere.	do sit collaturus, tamen semper verum est Ipsam quoque in sua praedestinatione, in sanctitate omnibusque donis, a Christo pendentem esse Eique subiacere. ²⁰	sit collaturus, tamen semper verum est Ipsam quoque in sua praedestinatione et sanctitate <i>item atque in</i> omnibus donis, a Christo <i>dependere</i> Eique <i>omnino subesse</i> . ²⁰
Quae catholica doctrina de munere beatissimae Virginis eiusdemque simplicis creaturae, sed cui «fecit magna qui potens est» [Lc. 1, 49], in oeconomia nostrae salutis,	Cum itaque iure meritoque humilis «Ancilla Domini», cui fecit «magna qui potens est» (cf. Lc. 1,49),	Cum itaque haec humilis «Ancilla Domini» cui fecit «magna qui potens est» (cf. Lc. 1, 49),	Cum itaque haec humilis «Ancilla Domini», cui fecit «magna qui potens est» (cf. Lc. 1, 49),
	omnium gratiarum Mediatrix nuncupatur eo quod associata fuit Christo in illis acquirendis, et cum gloriosi quoque Christi nunc in caelis socia manens Mediatrix nostra, Advocata nostra ab Ec-	omnium gratiarum Mediatrix nuncupatur eo quod associata fuit Christo in illis acquirendis, et cum gloriosi quoque Christi nunc in caelis socia manens, Mediatrix nostra, Advocata nostra ab Ec-	omnium gratiarum Mediatrix nuncupatur eo quod <i>sociata fuit</i> Christo in illis acquirendis, CUMQUE ADVOCATA NOSTRA ET MISERICORDIAE MATER ab Ecclesia invocatur, <i>quoniam etiam nunc Chri-</i>

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Virginem pietatem, quasi nos aliquid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducamus; cum contra, quidquid honoris venerationisque caelesti Matri nostrae tribuimus, id procul dubio in Divini eius Filii decus redundet, non modo quod ex ipso omnes gratiae omniaque dona, vel excelsa, ut e primo fonte oriuntur, sed etiam quod «gloria filiorum patres eorum».

PIUS XII, Alloc. *Iis qui interfuerunt Conventui Sodalitatis internationalis "Filiarum Mariae Immaculatae"*, Romae habito, 17 iul. 1954: AAS 46 (1954) p. 492: «C'est pour devenir la Mère de Dieu qu'elle a reçu de son divin Fils tous les dons de la nature et de la grâce. Voilà pourquoi le culte de la Vierge, si du moins on le comprend bien, loin de rien ôter à la gloire de Dieu, remonte immédiatement à Lui, l'Auteur de tout bien, qui l'a voulue si grande et si pure».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
absolutam dominationem et omnimodam independentiam unici, plena propriaque significatione, Mediatoris ac Redemptoris Christi intactam servat, eamque extollit et honorat,	nedum mediationi unici, absoluta significatione, Mediatoris ac Redemptoris Christi officiat ⁽¹⁹⁾ , immo eam potius extollit et honorat,	nedum mediationi Christi unici, absoluta significatione, Mediatoris ac Redemptoris officiat ⁽²²⁾ , immo eam potius extollit et honorat,	nedum mediationi Christi unici, absoluta significatione, Mediatoris ac Redemptoris officiat, immo eam potius extollit et honorat.
cum Mariae mediatio, – quae omnes Christi-fideles invitat ut sint non tantum salvati sed	cum Mariae mediatio, non ex aliqua necessitate, sed ex beneplacito divino et supera-	cum Mariae mediatio, non ex aliqua necessitate, sed ex beneplacito divino et supera-	Maria enim est in Christo mediatrix, eiusque mediatio non ex aliqua necessitate,

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

²¹ Dum non est difficultas admittendi Mariam esse mediatrix omnium gratiarum quatenus associata fuit Christo in illis acquirendis (utique abstractione facta a quaestione an *immediate* vel *mediate*, *directe* vel *indirecte*, in *actu primo active* recipiendo vel alio modo...), variae quaestiones surgunt si gressum faciamus ad Mediatrix quatenus *distribuit* gratias, idque potissimum quoad earum *universalitatem*. Quod Maria potest nobis omnes gratias impetrare, clarum est. Quod autem *nulla gratia datur nisi interveniat* Maria, alia est res: venit enim quaestio de interventu *directo* et *indirecto*, de *Veteri Testamento* et de gratiis quae conferuntur in Sacramentis. Itaque in omnibus istis aliisque quaestionibus permittenda est libertas scholis catholicis disputandi, asserendo modo valde generali quod in omnibus gratiis quae conferuntur *adest materna caritas* Mariae, saltem iuxta illud S. Augustini initio allegatum «*cooperata est caritate*, ut fideles in Ecclesia nascerentur», et ut iugiter nascantur. In Litt. Encycl. *Octobri mense* (ASS 24, p. 195 s.) LEO XIII

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
	clesia invocatur, quoniam pro omnibus per Christum intercedit, ita ut in omnibus gratiis hominibus conferendis adsit materna caritas B. Virginis,	clesia invocatur, quoniam pro omnibus per Christum intercedit, ita ut in omnibus gratiis hominibus conferendis adsit materna caritas B. Virginis, ²¹	<i>sti gloriosi in caelis socia manens</i> , pro omnibus per Christum intercedit, ita ut in omnibus gratiis hominibus conferendis adsit materna caritas B. Virginis, ²¹
nedum mediationi Christi unici, absoluta significatione, Mediatoris ac Redemptoris officiat ⁽²⁰⁾ , immo eam potius extollit et honorat.	nullo modo unici Mediatoris ac Redemptoris, absoluta significatione, mediationi aliquid tollitur,	nullo modo mediatio unici nostri Mediatoris, absoluta significatione, de qua loquitur Apostolus (<i>I Tim.</i> 2, 5) dicens: «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus», obscuratur vel minuitur; ²² immo haec Christi mediatio extollitur et honoratur.	nullo modo mediatio unici nostri Mediatoris, <i>iuxta absolutam significationem verborum Apostoli</i> (<i>1 Tim.</i> 2, 5): «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus», obscuratur vel minuitur; ²² immo haec Christi mediatio extollitur et honoratur.
Maria enim est in Christo mediatrix, eiusque mediatio non ex aliqua necessitate, sed	Maria enim in Christo est Mediatrix, eiusque mediatio non ex aliqua necessitate, sed ex	Maria enim in Christo est Mediatrix, eiusque mediatio non ex aliqua necessitate, sed ex	Maria enim in Christo est mediatrix, eiusque mediatio non ex aliqua necessitate, sed ex

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

adhibet formulam «... nihil prorsus de permagno illo omnis gratiae thesauro, quem attulit Dominus... nihil nobis nisi per Mariam, Deo sic volente, impertiri...». In Subcommissione haud defuerunt qui voluissent hanc formulam in Const. adhibere. Sane, haec formula *exclusiva* fundamentum habet in documentis pontificiis et doctrina theologorum. At, magis placuit formulam genericam expressam ab ipso LEONE XIII, in *Litt. Apost. Parta humano*, et supra allatam (cf. etiam ASS 34, p. 195) adhibere: «... Virgo Mater quae *olim cooperata est caritate* ut fideles in Ecclesia nascerentur, sit etiam nunc nostrae salutis media et sequestra».

²² Ita erronee cogitant haud pauci protestantes: cf. e. gr. MAURY P., *Le protestantisme et la Vierge Marie*, Paris, 1950, p. 65. Videtis BALIĆ C., O. F. M., *La mariología es punto de convergencia o de divergencia para la unión?* in: *Ante el II Concilio Ecuménico Vaticano*, Burgos 1960, pp. 232-250; ID., *Maria e il movimento ecumenico*, in: BOYER C., *Il problema ecumenico oggi*, Brescia 1961, pp. 547-562.

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
etiam salvatores – ⁽²²⁾ , non ex aliqua necessitate, sed ex beneplacito divino et superabundantia, magnitudine ac virtute meritorum Iesu ortum habet, mediationi Christi innititur, ab illa omnino dependet et ab illa totam vim obtinet ⁽²³⁾ .	bundantia, magnitudine ac virtute meritorum Iesu ortum habet, mediationi Christi innititur et ab illa omnino dependet ⁽²⁰⁾ .	bundantia, magnitudine ac virtute meritorum Iesu derivet, mediationi Christi innititur, ab illa omnino dependeat et ab illa totam vim obtineat ⁽²³⁾ .	sed ex beneplacito divino et superabundantia ac virtute meritorum Iesu derivat, mediationi Christi innititur, ab illa omnino dependet per eandemque totam vim obtinet.

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
ex beneplacito divino et superabundantia ac virtute meritorum Iesu derivat, mediationi Christi innititur, ab illa omnino dependet (!) per eandemque totam vim obtinet ⁽²¹⁾ .	beneplacito divino et superabundantia ac virtute meritorum Iesu provenit, mediationi Christi innititur, ab illa omnino dependet per eandemque totam vim obtinet.	beneplacito divino et superabundantia ac virtute meritorum Iesu provenit, mediationi Christi innititur, ab illa omnino dependet per eandemque totam vim obtinet.	beneplacito divino et superabundantia ac virtute meritorum Iesu provenit, mediatione Christi innititur, ab illa omnino dependet <i>ex eademque</i> totam vim obtinet.

Hinc patet fontem difficultatum quoad munus et officium B. Virginis in oeconomia nostrae salutis respectu habito ad officium et munus unius Mediatoris et Redemptoris Christi, potius consistere in defectu verae cognitionis, tum habitudinis inter Iesum et Mariam, tum inter Mariam et Ecclesiam iuxta Dei beneplacitum.

Quapropter theologi et sacri verbi praecones enixe hortantur, ut studium, potissimum Sacrae Scripturae et SS. Patrum ad sensum Magisterii Ecclesiae promoventes, in veram lucem munera et officia B. Virginis cum aliis dogmatibus,

Quapropter Sacra Synodus theologos verbiq; divini praecones enixe hortatur, ut studium, potissimum Sacrae Scripturae et SS. Patrum ad sensum Magisterii Ecclesiae promoventes, in veram lucem munera et officia B. Virginis cum

Quapropter Sacra Synodus theologos verbiq; divini praecones enixe hortatur *ut sedulo adnitantur, studium imprimis* Sacrae Scripturae et SS. Patrum ad sensum Magisterii Ecclesiae *excolentes, in vera luce ponere* munera et offi-

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
---------------------------------------	--	---	---

3. (*De singularibus privilegiis Dei hominumque Matris*).

Maria Virgo praedestinata ut esset digna Mater Dei sociaque generosa Christi Redemptoris,

a Deo qui ineffabili eam persecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ditissime ornata fuit:

mirabilis in suo ortu ob immaculatam con-

3. [*De singularibus privilegiis Dei hominumque Matris*].

Maria Virgo praedestinata ut esset digna Mater Dei sociaque Christi Redemptoris,

a Deo qui ineffabili eam persecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ditissime ornata fuit⁽²¹⁾:

mirabilis in suo ortu ob immaculatam con-

19. [*De singularibus privilegiis Dei hominumque Matris*].

Maria Virgo praedestinata ut esset digna Mater Dei sociaque Christi Redemptoris,

a Deo qui ineffabili eam persecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ditissime ornata est:

mirabilis quippe fuit in suo ortu ob imma-

3. [*De singularibus privilegiis Dei hominumque Matris*].

Maria Virgo

a Deo, qui ineffabili eam persecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ornata est:

mirabilis quippe fuit in suo ortu ob imma-

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
	potissimum vero circa Christum, qui est centrum totius veritatis, sanctitatis et pietatis, ponant.	aliis dogmatibus conexa, potissimum vero circa Christum, qui est centrum totius veritatis, sanctitatis et pietatis, ponant.	cia B. Virginis cum aliis dogmatibus conexa, potissimum vero <i>quae spectent ad Christum</i> , qui est centrum totius veritatis, sanctitatis et pietatis.
	Quo in labore semper servetur, ut dicitur, «analogia», seu dissimilis similitudo, quoties nomen aliquod aut officium simul de Christo et Virgine praedicatur: itaque nullo modo Mater Dei aequiparanda est Christo.	Quo in labore semper servetur, ut dicitur, «analogia», seu dissimilis similitudo, quoties nomen aliquod aut officium simul de Christo et Virgine Maria praedicatur: itaque nullo modo Mater Dei aequiparanda est Christo.	Quo in labore semper servetur, ut dicitur, «analogia», seu dissimilis similitudo, quoties nomen aliquod aut officium simul de Christo et Virgine Maria <i>praedicantur. etenim</i> nullo modo Mater Dei aequiparanda est Christo.
3. [<i>De singularibus privilegiis Dei hominumque Matris</i>].	4. [<i>De singularibus privilegiis Dei hominumque Matris</i>].	4. [<i>De singularibus privilegiis Dei hominumque Matris</i>].	4. [<i>De singularibus privilegiis Dei hominumque Matris</i>].
Maria Virgo	Maria Virgo	Maria Virgo	Maria Virgo
a Deo, qui ineffabili eam persecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ornata est:	a Deo, qui ineffabili eam persecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ornata est:	a Deo, qui ineffabili eam persecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ornata est:	a Deo, qui ineffabili eam persecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ornata est:
mirabilis quippe fuit in suo ortu ob imma-	mirabilis quippe fuit in suo ortu ob imma-	mirabilis quippe fuit in suo ortu ob imma-	mirabilis quippe fuit in suo ortu, ob imma-

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
ceptionem ⁽²⁴⁾ ;	ceptionem;	culatam conceptionem ⁽²⁴⁾ ;	culatam conceptionem;
mirabilis in sua vita expers omnis culpae actualis ⁽²⁵⁾ , plena gratia ⁽²⁶⁾ , insimul mater semperque virgo ⁽²⁷⁾ ;	in sua vita expers omnis culpae actualis ⁽²²⁾ , plena gratia ⁽²³⁾ , insimul mater semperque virgo ⁽²⁴⁾ ;	in sua vita expers omnis culpae actualis ⁽²⁵⁾ , plena gratia ⁽²⁶⁾ , insimul mater semperque virgo ⁽²⁷⁾ ;	in sua vita: plena gratia [cf. <i>L.c.</i> 1, 28], expers omnis culpae actualis, insimul mater semperque, mente et corpore, virgo [cf. <i>L.c.</i> 1, 27-34];
mirabilis in suo exitu, quia etsi pro conditione carnis mortem subierit temporalem, nexibus tamen mortis deprimi minime potuit	in suo exitu, quia etsi – ad pleniorum conformitatem imaginis Filii sui, cui in omnibus similibus erat, obtinendam – mortem subierit tem-	in suo exitu, quia etsi mortem subierit temporalem ⁽²⁸⁾ – quo plenius imagini Filii sui assimilaretur –, nexibus tamen mortis cum	in suo exitu, quia etsi mortem subierit temporalem – quo plenius imagini Filii sui assimilaretur –, nexibus tamen mortis cum de-

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

²³ PIUS IX, Bulla *Ineffabilis Deus*, 8 dec. 1854: DENZ. 1691.

²⁴ CONC. TRIDENT., Sess. VI, Decr. *de iustificatione*: DENZ. 833;

S. AUGUSTINUS, *De natura et gratia*, c. 36, n. 42: PL 44, 267: «Excepta itaque sancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus cum de peccatis agitur, haberi volo quaestionem: (unde enim scimus quid ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum, quae concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum?): hac ergo Virgine excepta, si omnes illos sanctos et sanctas, cum hic viverent, congregare possemus et interrogare utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus?».

LEO XIII, Litt. Encycl. *Iucunda semper*, 8 sept. 1894: Acta Leonis XIII, XIV, 310: «Eam salutamus, quae gratiam apud Deum invenit, singulariter ab illo *plenam gratia*, cuius copia ad universos proflueret».

PIUS XII, Litt. Encycl. *Ad caeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 636: «Iam in primo temporis momento, quo concepta fuit, tali gratiarum abundantia repletam fuisse, ut Sanctorum omnium gratiam superaret».

²⁵ Cf. DENZ. 6, 13, 20, 111A, 144, 148, 214, 218, 256, 290, 429.

²⁶ *Sacramentarium Gregorianum* [quod Hadrianus I misit Carolo Magno inter annum 784-790] in die Assumptionis sequentem habet orationem: «Veneranda nobis, Domine, huius est diei festivitas, in qua sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, quae filium tuum Dominum nostrum de se genuit incarnatum». Cf. C. BALIĆ, O. F. M., *Testimonia de assumptione beatae Virginis Mariae ex omnibus saeculis*, pars I, Romae 1948, p. 155.

Beatissimam Virginem mortem subiisse temporalem et ad similitudinem Filii sui resurrexisse, antiquissima et communissima est Ecclesiae doctrina. Plus quam tertia pars petitionum quae ad Sanctam Sedem

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
culatam conceptio- nem ⁽²²⁾ ;	culatam conceptio- nem ⁽²²⁾ ;	culatam conceptio- nem; ²³	culatam conceptio- nem; ²³
in sua vita, expers omnis culpae persona- lis ⁽²³⁾ , insimul mater semperque, mente et corpore, virgo ⁽²⁴⁾ ;	in sua vita, expers omnis culpae persona- lis ⁽²³⁾ , insimul mater semperque, mente et corpore, virgo ⁽²⁴⁾ ;	in sua vita, expers omnis culpae persona- lis, ²⁴ insimul mater semperque, mente et corpore, virgo; ²⁵	<i>mirabilis</i> in sua vita, <i>cum</i> expers omnis cul- pae personalis, ²⁴ insi- mul mater semperque, mente et corpore, vir- go <i>exstiterit</i> ; ²⁵
in suo exitu, quia etsi mortem subierit tem- poralem ⁽²⁵⁾ – quo ple- nius imagini Filii sui assimilaretur ⁽²⁶⁾ –, ne- xibus tamen mortis	in suo exitu, quia etsi secundum antiquam et venerabilem tradi- tionem mortem subiit temporalem ⁽²⁵⁾ – quo plenius Filio suo assi-	in suo exitu, quia etsi secundum antiquam et venerabilem tradi- tionem mortem subiit temporalem ²⁶ – quo plenius Filio suo assi-	<i>mirabilis denique</i> in suo exitu, quia etsi secundum antiquam et venerabilem tradi- tionem mortem subiit temporalem, ²⁶ quo

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

delatae sunt ut definiatur Assumptio, definitionem quoque mortis Deiparae expostulant; dimidia vero pars talium petitionum intimam relationem ponunt inter mortem et Assumptionem. At, hisce ultimis annis incoepit divulgari sententia B. Virginem abiisse et non obiisse. Quae sententia nitebatur potissimum quadam relatione privata ex qua deducebatur ipsum Vicarium Christi [PIUM XII] haud tenere traditionalem Ecclesiae doctrinam hac in re. En quid dicendum circa mentem Romanorum Pontificum hisce ultimis decenniis hac in re:

PIUS XI et IOANNES XXIII docent B. Virginem mortuam esse; idem saltem implicite docuit ipsetem PIUS XII. Et re quidem vera:

PIUS XI, *Allocuzione nella lettura del Decreto de Tuto per la canonizzazione della Beata Thouret* [trad. it. *L'Oss. Rom.*, 16 aug. 1933, p. 1]: «Con l'assiduità nella preghiera si deve fare di Maria la quotidiana mediatrice, la nostra vera avvocata, sicchè possiamo sperare che Ella, assunta nella gloria del Cielo, nell'ora del nostro trapasso, che fu pure il suo – poichè Ella pure fece questo passo, essendo in Lei non la grazia di creazione, ma la grazia di Redenzione, la quale non conferiva immortalità vera e propria – possa Ella essere nostra avvocata presso la divina bontà e misericordia»;

IOANNES XXIII, Litt. Apost. in *L'Oss. Rom.*, 1 oct. 1961, p. 2: «L'immagine soave di Maria si irradia e si accende nella suprema esaltazione. Che bella scena la dormizione di Maria, così come i cristiani di Oriente la contemplano: Essa è distesa nel sonno placido della morte e Gesù è accanto a Lei, e tiene presso il suo petto come un bambino l'anima della Vergine, ad indicare il prodigio della immediata risurrezione e glorificazione», ... «Il mistero dell'Assunta ci mantiene familiari al pensiero della nostra morte...»;

Card. A. OTTAVIANI, in: *Acta Pontificiae Academiae Marianae Internationalis*, I, Romae 1961, p. 63 [cf. *L'Oss. Rom.*, 18 dec. 1961, p. 7]: «Non bisogna però confondere il magistero autentico con le voci incontrollate o le fantasie per le quali si attribuisce a questo o a quel Sommo Pontefice un'idea o un'espressione

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
(²⁸), corpore et anima gloriose assumpta in caelum(²⁹).	poralem(²⁵), nexibus tamen mortis deprimi minime potuit, corpore et anima gloriose assumpta in caelum(²⁶).	deprimi minime potuisset, corpore et anima gloriose in caelum assumpta est(²⁹).	primi minime potuisset, corpore et anima gloriose in caelum assumpta est.
Quae singularia aliaque privilegia ac dona gratiae a Christo Redemptore profluentia ita in eius honorem redundant ut haud possibile sit Matris excelsa dona contemplare quin ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem,	Quae singularia aliaque privilegia ac dona gratiae a Christo Redemptore profluentia ita in eius honorem redundant ut haud possibile sit Matris excelsa dona contemplare quin ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem,	Quae singularia aliaque privilegia ac dona gratiae a Christo Redemptore profluentia ita in eius honorem redundant ut nequeamus Matris excelsa dona contemplari quin ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem,	Quae singularia aliaque privilegia ac dona gratiae a Christo Redemptore profluentia ita in eius honorem redundant ut nequeamus Matris excelsa dona contemplari quin ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem,

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

non controllabile. Si è sparsa, per esempio, la voce che il compianto Pontefice Pio XII avrebbe espresso le sue preferenze per la sentenza di coloro che ritengono che l'Assunzione della Vergine non sia stata una risurrezione anticipata, ma una traslazione nei cieli senza la morte su questa terra: "abiit, et non obiit". Per quanto mi consta, il compianto Pontefice non era di questa idea: è vero, anzi, il contrario. Questa sentenza del resto toglierebbe qualche cosa a quella cooperazione, per la quale la Vergine è detta *Alma Socia Redemptoris*. Come poteva Ella non subire, anche se non dovuta, la morte, se la volle subire il suo divin Figliuolo? Invece è così bello vedere in tutte le fasi del ciclo redentivo il parallelo degli eventi che congiunsero la Madre al Figlio divino! A questo accennava Pio XII nella *Munificentissimus Deus*, quando asseriva: "... parique modo haud difficile iisdem [ossia ai fedeli] fuit, assentiri Magnam etiam Dei Matrem, quemadmodum iam Unigenitum suum, ex hac vita decessisse"».

Traditio antiquissima et constans qua nititur Orientis et Occidentis christiani doctrina de morte B. V. Mariae non est «mere historica», sed etiam, immo potissimum, «theologica»; illa nempe traditio quae «per se ipsam» dedit Pio XII certissimum argumentum pro veritate Assumptionis dogmaticae definienda. Et si valor huius Traditionis in casu mortis B. Virginis ad nihilum reduceretur, tunc, ut iure meritoque scribit P. COLOSIO J., O. P., *Due pubblicazioni su Dionigi Areopagita*, in: *Rivista di ascetica e mistica*, 5 (1960) p. 202: «Per coerenza, vorremmo che questi teologi applicassero questo medesimo criterio a tanti altri casi del genere... ed allora si accorgerebbero che dobbiamo riformare o certe parti della dottrina comune o il loro non giusto criterio sull'argomento».

²⁷ In traditione christiana variae rationes allatae sunt ad illustrandum factum mortis B. V. Mariae [cf.

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
cum deprimi minime potuisset, corpore et anima gloriose in caelum assumpta est ⁽²⁷⁾ .	milaretur ⁽²⁶⁾ –, nexibus tamen mortis cum deprimi minime potuisset, corpore et anima gloriose in caelum assumpta est ⁽²⁷⁾ .	milaretur ⁽²⁷⁾ –, nexibus tamen mortis cum deprimi minime potuisset, corpore et anima gloriose in caelum assumpta est. ⁽²⁸⁾	plenius Filio suo assimilaretur; ⁽²⁷⁾ nexibus tamen mortis cum deprimi minime potuisset, corpore et anima gloriose in caelum assumpta est. ⁽²⁸⁾
Quae singularia aliaque privilegia ac dona gratiae a Christo Redemptore profluentia ita in eius honorem redundant ut nequeamus Matris excelsa dona contemplari quin ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem,	Quae singularia aliaque privilegia ac dona gratiae a Christo Redemptore profluentia ita in eius honorem redundant ut nequeamus Matris excelsa dona contemplari quin ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem,	Quae singularia aliaque privilegia ac dona gratiae a Christo Redemptore profluentia ita in eius honorem redundant ut nequeamus Matris excelsa dona contemplari quin ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem,	Quae singularia privilegia aliaque dona gratiae a Christo Redemptore profluentia ita in eius honorem redundant ut nequeamus Matris excelsa dona contemplari quin ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem,

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

BALIĆ C., *Testimonia de assumptione Beatae Virginis Mariae ex omnibus saeculis*, II, Romae 1950, «Index analyticus», pp. 496-499].

«... non fuit decens – scribit S. BONAVENTURA, *In III Sent.*, d. III, a. 2, q. 3, ad 3 [ed. Quaracchi, t. III, p. 78 b] – Filium Dei habere matrem immortalem, cum ipse esset mortalis».

Alii vero dicunt quod mortua est ne Christo maior forte videretur... [cf. BALIĆ, *op. cit.*]: «decurt enim eam in hoc esse suo Filio similem» [BALIĆ, *Ibid.*, II, p. 239]; «quidquid autem fuit in Christo ut puro homine, etiam tribuendum est beatae Virgini, quae etiam sponte posuit animam et assumpsit poenaltates, ne Christo maior esse videretur et cooperaretur ad nostram redemptionem» [Ibid., II, pp. 94-95]. Marcellinus SIURI [m. 1734], post Frances de URRUTYGOITI [m. 1682], refert quemdam auctorem hispanum, immortalitatem Deiparae propugnans, a sacro Inquisitionis tribunali damnatum fuisse: universa Ecclesia enim tenet Mariam mortem subisse temporalem etiam «ut *Filio conformaretur*; congruum enim erat ut sicut Iesus morti se subiecit in redemptionem humani generis, ita et quod Mater electa *in redemptionis cooperatricem* similiter morti subiaceret». Et Cl. A. subiungit: «Quam rationem conformitatis cum Filio tanti faciendam a Matre existimo quod si ei optio daretur, potius eligeret mori ut Filio conformaretur, quam sine morte ad gloriam transferri, et tanti fieri a Filio matrem crediderim quod si in alio ordine rerum voluisset sine propria morte genus humanum redimere Matrem quoque a morte immunem fecisset» [Ibid., II, pp. 240-241].

Per se patet factum mortis B. Virginis non propter solas has similesque rationes, sed potissimum propter constantem et communissimum consensum Ecclesiae docentis et discentis, ut factum certum admitti.

²⁸ PIUS XII, Const. dogm. *Munificentissimus Deus*, 1 nov. 1950: AAS 42 (1950) p. 770.

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
omnipotentiam mens christiana miretur atque celebretur (<i>sic</i>).	omnipotentiam mens christiana miretur atque celebretur (<i>sic</i>) ⁽²⁷⁾ .	omnipotentiam miremur atque celebremus ⁽³⁰⁾ .	omnipotentiam miremur atque celebremus.
Siquidem iniuria matris afficit filios, ita et gloria matris in filium redundat, igitur, cum Maria singularem affinitatem habuerit ad Filium suum – qui et de Patre est generatus ⁽³⁰⁾ – necesse erat ut ex praevisis meritis perfectissimi Redemptoris, auctoris omnis sanctitatis, – qui in hunc mundum venit ut destrueret peccatum, – in primo instanti conceptionis ab omni labe peccati originalis praeservaretur immunis, gratiisque ac donis ita ornaretur ut digna revera esset Mater Dei, filia Patris, sponsa Spiritus Sancti ⁽³¹⁾ .	Siquidem iniuria matris afficit filios, ita et gloria matris in filium redundat, igitur, cum Maria singularem affinitatem habuerit ad Filium suum – qui et de Patre sine matre ante saecula est genitus, et in tempore de matre sine Patre (!) est generatus ⁽²⁸⁾ , – necesse erat ut ex praevisis meritis perfectissimi Redemptoris, auctoris omnis sanctitatis, – qui in hunc mundum venit ut destrueret peccatum, – in primo instanti conceptionis ab omni labe peccati originalis praeservaretur immunis, gratiisque ac donis ita ornaretur ut digna revera esset Mater Dei, filia Patris, sponsa Spiritus Sancti ⁽²⁹⁾ .	Siquidem iniuria matris afficit filium, ita et gloria matris in filium redundat: igitur, cum Maria singularem affinitatem habuerit ad Filium suum – qui et de Patre sine matre ante saecula est genitus, et in tempore de matre sine Patre (!) est generatus ⁽³¹⁾ , – decuit ut ex praevisis meritis perfectissimi Redemptoris, auctoris omnis sanctitatis, – qui in hunc mundum venit ut peccatum destrueret, – in primo instanti conceptionis ab omni labe peccati originalis praeservaretur immunis, gratiisque ac donis ita ornaretur ut revera digna Mater Dei, filia Patris, sponsa Spiritus Sancti esset ⁽³²⁾ .	Siquidem iniuria matris afficit filium, ita et gloria matris in filium redundat: igitur, cum Maria singularem affinitatem habuerit ad Filium suum, decuit ut ex praevisis meritis perfectissimi Redemptoris, auctoris omnis sanctitatis, – qui in hunc mundum venit ut peccatum destrueret, – in primo instanti conceptionis ab omni labe peccati originalis praeservaretur immunis, gratiisque ac donis longe ante omnes angelicos spiritus cunctosque sanctos ornaretur ut revera digna Mater Dei, filia Patris, sacrarium Spiritus Sancti esset.

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

²⁹ PIUS XII, *Nuntius Radiophonicus Iis qui interfuerunt conventui internationali mariologico-mariano*, 24 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 679: «Beata Dei Genitrix, quippe quae ipsa quoque ab Adamo descendat, nullum habet privilegium nullamque gratiam quam non debeat Filio suo, generis humani Redemptori; atque adeo, Matris excelsa dona mirantes ac rite celebrantes, ipsius Filii divinitatem, bonitatem, amorem, potentiam miramur et celebramus, neque umquam Filio displicebit, quidquid in laudem Matris, ab ipso tot gratiis cumulatae, fecerimus ».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
omnipotentiam miremur atque celebremus ⁽²⁸⁾ .	omnipotentiam miremur atque celebremus ⁽²⁸⁾ .	omnipotentiam miremur atque celebremus. ²⁹	omnipotentiam miremur atque celebremus. ²⁹
Siquidem iniuria matris afficit filium, ita et gloria matris in filium redundat: igitur, cum Maria singularem affinitatem habuerit ad Filium suum, decuit ut ex praevisis meritis perfectissimi Redemptoris, auctoris omnis sanctitatis, – qui in hunc mundum venit ut peccatum destrueret, – in primo instanti conceptionis ab omni labe peccati originalis praeservaretur immunis, gratiisque ac donis longe ante omnes angelicos spiritus cunctosque sanctos ornaretur ut revera digna Mater Dei, filia Patris, sacrarium Spiritus Sancti esset ⁽²⁹⁾ .	Siquidem iniuria matris afficit filium, ita et gloria matris in filium redundat: proinde, cum Maria singularem affinitatem habuerit ad Filium suum, decuit ut ex praevisis meritis perfectissimi Redemptoris, auctoris omnis sanctitatis, – qui in hunc mundum venit ut peccatum destrueret, – in primo instanti conceptionis ab omni labe peccati originalis praeservaretur immunis, gratiisque ac donis longe ante omnes angelicos spiritus cunctosque sanctos ornaretur ut revera digna Mater Dei, filia Patris, sacrarium Spiritus Sancti esset ⁽²⁹⁾ .	Siquidem iniuria matris afficit filium, ita et gloria matris in filium redundat: proinde, cum Maria singularem affinitatem habuerit ad Filium suum, decuit ut ex praevisis meritis perfectissimi Redemptoris, auctoris omnis sanctitatis, – qui in hunc mundum venit ut peccatum destrueret, – in primo instanti conceptionis ab omni labe peccati originalis praeservaretur immunis, gratiisque ac donis longe ante omnes angelicos spiritus cunctosque sanctos ornaretur ut revera digna Mater Dei, filia Patris, sacrarium Spiritus Sancti esset. ³⁰	Siquidem iniuria matris afficit filium, ita et gloria matris in filium redundat: proinde, cum Maria singularem affinitatem habuerit cum Filio suo, decuit ut ex praevisis meritis perfectissimi Redemptoris, auctoris omnis sanctitatis, – qui in hunc mundum venit ut peccatum destrueret, – in primo instanti conceptionis ab omni labe peccati originalis praeservaretur immunis, gratiisque ac donis longe ante omnes angelicos spiritus cunctosque sanctos ornaretur ut <i>revera Mater Dei</i> , filia Patris, sacrarium Spiritus Sancti, <i>omnibus creaturis dignitate praecelleret</i> . ³⁰

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

³⁰ PIUS IX, Bulla *Ineffabilis Deus*, 8 dec. 1854: Acta Pii IX, pars I, vol. I, p. 598: «Venerabilis mater, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum tanquam seipsum diligit, ita dare disposuit ut naturaliter esset unus idemque communis Dei Patris et Virginis Filius, et quam ipse Filius substantialiter facere sibi matrem elegit, et de qua Spiritus Sanctus voluit et operatus est, ut conciperetur et nasceretur ille, de quo ipse procedit».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
Neque fieri poterat ut Filius, qui peculiari dilectionis affectu Matrem, in omnibus sibi similem, prosequeretur quique voluit corporalem integritatem Matris in ipsomet partu incorruptam atque violationis immunem manere ⁽³²⁾ , permetteret, post mortem, illud sacratissimum virgineum corpus, augustum divini Verbi tabernaculum, templum Dei, in cinerem resolveri ⁽³³⁾ .	Neque fieri poterat ut Filius, qui peculiari dilectionis affectu Matrem prosequeretur quique voluit corporalem integritatem Matris in ipsomet partu incorruptam atque violationis immunem manere ⁽³⁰⁾ , permetteret, post mortem, illud sacratissimum virgineum corpus, augustum divini Verbi tabernaculum, templum Dei, in cinerem resolveri ⁽³¹⁾ .	Neque fieri potuit, ut Filius, qui peculiari dilectionis affectu Matrem prosequeretur – quique voluit corporalem integritatem Matris in ipsomet partu incorruptam atque violationis immunem manere ⁽³³⁾ , – illud sacratissimum virgineum corpus, augustum divini Verbi tabernaculum, templum Dei, in cinerem resolveri pateretur ⁽³⁴⁾ .	Neque fieri potuit, ut Filius, qui peculiari dilectionis affectu Matrem prosequeretur – quique voluit corporalem integritatem Matris in ipsomet partu incorruptam atque illibatam manere, ita ut «virginitatis gloria permanente lumen aeternum mundo effudit» – illud sacratissimum virgineum corpus, augustum divini Verbi tabernaculum, templum Dei, totum sanctum, totum castum, in cinerem resolveri pateretur.

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

³¹ In professione oblata a Nicephoro, Patriarcha Constantinopolitano, et accepta a Leone III, claris verbis integritas corporalis B. Virginis in partu affirmatur: «Virginem quoque, quae supernaturaliter et ineffabiliter pepererat, post partum virginem conservavit, virginitatem illius secundum naturam nulla ex parte demutata aut labefactata» [DENZ. 314, n. 3]. In Epistola S. LEONIS, quam Patres Concilii Oecumenici IV susceperunt clamantes Petrum per Leonem locutum esse, legitur: «Nova autem nativitate generatus: quia INVIOLOATA VIRGINITAS concupiscentiam nescivit, carnis materiam ministravit... Quia nativitas est mirabilis, ideo nostri est natura dissimilis» [DENZ. 144].

In CONC. LATERANENSI, sub Martino I habito [quod licet non sit oecumenicum sensu technico, tamen mentem Ecclesiae, tam latinae quam graecae manifestat], expresse condemnatur anathemate qui virginitatem in partu nollet confiteri: «Si quis secundum sanctos Patres non confitetur proprie et secundum veritatem Dei genitricem sanctam semper Virginem et immaculatam Mariam utpote ipsum Deum Verbum specialiter et veraciter, qui a Deo Patre ante omnia saecula natus est, in ultimis saeculorum absque semine concepisse ex Spiritu Sancto, et INCORRUPTIBILITER eam [eum?] genuisse, indissolubili permanente et post partum eiusdem virginitate, condemnatus sit» [DENZ 256].

S. AMBROSIIUS, *De institutione Virginis et S. Mariae virginitate perpetua*, c. 8: PL 16, 334: «Porta igitur Maria, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu, et genitalia virginitatis non solvit. Mansit intemeratum septum pudoris, et inviolata integritatis duravere signacula, cum exiret ex virgine...».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
Neque fieri potuit, ut Filius, qui peculiari dilectionis affectu Matrem prosequeretur – quique voluit corporalem integritatem Matris in ipsomet partu incorruptam atque illibatam manere ⁽³⁰⁾ , ita ut «virginitatis gloria permanente lumen aeternum mundo» effunderet (!) ⁽³¹⁾ – illud sacratissimum virgineum corpus, augmentum divini Verbi tabernaculum, templum Dei, totum sanctum, totum castum, in cinerem resolvi pateretur ⁽³²⁾ .	Neque fieri potuit, ut Filius, qui peculiari dilectionis affectu Matrem prosequeretur – quique voluit corporalem integritatem Matris in ipsomet partu incorruptam atque illibatam manere ⁽³⁰⁾ , ita ut «virginitatis gloria permanente lumen aeternum mundo» effunderet ⁽³¹⁾ – illud sacratissimum virgineum corpus, augmentum divini Verbi tabernaculum, templum Dei, totum sanctum, totum castum, in cinerem resolvi pateretur ⁽³²⁾ .	Neque conveniens erat, ut Filius, qui peculiari dilectionis affectu Matrem prosequeretur – quique voluit corporalem integritatem Matris in ipsomet partu incorruptam atque illibatam manere, ³¹ ita ut «virginitatis gloria permanente lumen aeternum mundo» effunderet ³² – illud sacratissimum virgineum corpus, augmentum divini Verbi tabernaculum, templum Dei, totum sanctum, totum castum, in cinerem resolvi pateretur. ³³	OMNINO QUOQUE OPORTEBAT, ut Filius, qui peculiari dilectionis affectu Matrem prosequeretur – quique voluit corporalem integritatem Matris in ipsomet partu incorruptam atque illibatam manere, ³¹ ita ut «virginitatis gloria permanente lumen aeternum mundo» effunderet ³² – illud sacratissimum virgineum corpus, augmentum divini Verbi tabernaculum, templum Dei, totum sanctum, totum castum, in cinerem resolvi <i>non pateretur</i> . ³³

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Idem etiam docent S. AUGUSTINUS, *Epist. 137 ad Volusianum*, c. 2, n. 8: PL 33, 519; S. HIERONYMUS, *Epist. 48*, 21: PL 22, 510, aliique plures SS. Patres. Quae quidem Traditionis christianae testimonia sic paucis verbis exprimit PETAVIUS, *De Incarnatione*, lib. 14, c. 6 [*Opera omnia*, VII, Parisiis, 1876, p. 76]: «Illud tamen ex Patrum omnium decreto pro certo tenendum est, quod catholica universa profitetur Ecclesia, beatissimam Virginem, hoc quidquid sit, quo a maritatis discerni virgines possunt, illibatam in partu integrumque retinuisse».

Et communiter docetur hanc doctrinam esse tenendam fide divina et catholica. At, nonnulli moderni auctores putant virginitatem B. Virginis in partu haud consistere in aliqua incorruptibilitate, et virginitatem in partu dicunt univocam esse cum virginitate ante partum. Cf. MITTERER A., *Dogma und Biologie der heiligen Familie*, Wien 1952, pp. 122-124; GALOT J., S. I., *La virginité de Marie et la naissance de Jésus*, in *Nouvelle Revue Théologique*, 92 (1960), pp. 449-470.

³² Praefatio de Beata Maria Virgine.

³³ S. GERMANUS CONSTANTINOPOLITANUS, *In Sanctae Dei Genitricis dormitionem, Sermo 1*: PG 98, 346-347: «Neque fieri poterat, ut quae Dei capax vasculum esses, emortuum corpus corrumpente difflueres pulvere» [347]; «Tu iuxta quod scriptum est, speciosa es, tuumque illud corpus virgineum, totum sanctum est, totum castum, totum Dei domicilium; ut ideo quoque a resolutione in pulverem deinceps sit liberum...» [346]. «Quia enim is, qui in te fuerat exinanitus, Deus erat a principio, ac vita saeculis antiquior;

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
4. (<i>De cultu erga beatissimam Virginem Mariam</i>).	4. [<i>De cultu erga beatissimam Virginem Mariam</i>].	20. [<i>De cultu erga beatissimam Virginem Mariam</i>].	4. [<i>De cultu erga beatissimam Virginem Mariam</i>].
Quoniam beatissimae Virgini, de qua natus est Iesus ⁽³⁴⁾ , tum ob dignitatem Matris Dei, tum ob propriam sanctitatem praeclaraque munera erga nos suscepta,	Quoniam beatissimae Virgini, de qua natus est Iesus ⁽³²⁾ , tum ob dignitatem Matris Dei, tum ob propriam sanctitatem praeclaraque munera erga nos suscepta,	Quoniam beatissimae Virgini, tum ob suam dignitatem divinae maternitatis, tum ob suam sanctitatem praeclaraque munera erga nos suscepta,	Quoniam igitur beatissimae Virgini
singularis competat excellentia, ita ut et ab Archangelo nomine Dei «gratia plena» ⁽³⁵⁾ , et ab Elisabeth, Spiritu Sancto repleta, «bene-	singularis competat excellentia, ita ut et ab Archangelo nomine Dei «gratia plena» ⁽³³⁾ , et ab Elisabeth, Spiritu Sancto repleta, «bene-	singularis competat excellentia ⁽³⁵⁾ , ita ut et ab Archangelo nomine Dei «gratia plena» ⁽³⁶⁾ , et ab Elisabeth, Spiritu Sancto repleta, «bene-	singularis competit excellentia, ita ut et ab Archangelo nomine Dei «gratia plena» [Lc. 1, 28], et ab Elisabeth, Spiritu Sancto repleta,

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

utique par quoque erat ut Vitae Mater, Vitae pariter contubernalis fieret; dormitionemque somni instar susciperet; ac migrationem haud secus atque expergefactionem, ceu Vitae Parens, subiret...» [347].

S. IOANNES DAMASCENUS, *Homilia 2 in dormitione B. V. M.*, n. 14: PG 96, 741 [BALIĆ C., O. F. M., *Testimonia de assumptione B. V. Mariae ex omnibus saeculis*, pars prior: Ex aetate ante Concilium Tridentinum, Romae 1948, p. 89]: «Necesse enim fuit divinum illud domicilium... penetralibus terrae minime concludi, sed sicut sanctum illud incorruptumque corpus ex ipsa [assumptum et] cum Deo Verbo hypostatice coniunctum tertia die e monumento surrexit, sic etiam ipsam e sepulchro eripi, Matremque ad Filium transmigrare... *Necesse* fuit eam quae Deum Verbum uteri sui hospitio exceperat in tabernacula Filii sui deferri... *Necesse* fuit eius quae in partu virginitatem sine labe servaverat incorruptum etiam post mortem corpus servari. *Necesse* fuit eam quae Creatorem ut infantem sinu gestaverat in divinis degere tabernaculis. *Necesse* fuit Sponsam quam Pater sibi desponsaverat, caelestibus immorare thalamis. *Necesse* fuit eam quae Filium suum in cruce conspiciens, gladium quem pariendo effugerat, pectore tunc exceperat, Ipsum Patri consistentem spectare oculis. *Necesse* fuit Dei Matrem ea quae Filii essent possidere, et ut Matrem Dei et ancillam coli ab omni creatura».

Cf. PIUS XII, Const. Apost. *Munificentissimus Deus*, 1 nov. 1950: AAS 42 (1950) pp. 758 ss., ubi afferuntur argumenta Patrum et theologorum, inter quos liceat afferre S. BELLARMINUM qui ait [p. 766]: «Et quis, obsecro, credere posset, arcam sanctitatis, domicilium Verbi, templum Spiritus Sancti corruisse? Exhorret plane animus meus vel cogitare carnem illam virgineam, quae Deum genuit, peperit, aluit, gestavit,

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
4. [<i>De cultu erga beatissimam Virginem Mariam</i>].	5. [<i>De cultu erga beatissimam Virginem Mariam</i>].	5. [<i>De cultu erga beatissimam Virginem Mariam</i>].	5. [<i>De cultu erga beatissimam Virginem Mariam</i>].
Quoniam igitur beatissimae Virgini	Quoniam igitur beatissimae Virgini	Quoniam igitur beatissimae Virgini	Quoniam igitur beatissimae Virgini
singularis competit excellentia ⁽³³⁾ , ita ut et ab Archangelo nomine Dei «gratia plena» [<i>Lc.</i> 1, 28], et ab Elisabeth, Spiritu Sancto repleta,	singularis competit excellentia ⁽³³⁾ , ita ut et ab Archangelo mandato Dei «gratia plena» [<i>Lc.</i> 1, 28], et ab Elisabeth, Spiritu Sancto	singularis competit excellentia, ³⁴ ita ut et ab Archangelo mandato Dei «gratia plena» (<i>Lc.</i> 1, 28), et ab Elisabeth, Spiritu Sancto	singularis competit excellentia, ³⁴ ita ut et ab Archangelo <i>nuntio Dei</i> «gratia plena» (<i>Lc.</i> 1, 28), et ab Elisabeth, Spiritu Sancto repleta,

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

vel in cinerem esse conversam, vel in escam vermibus traditam».

Et S. FRANCISCUS SALESIUS adiungit [*Ibid.*]: «Quinam filius, si posset, matrem suam ad vitam non revocaret, atque eam post mortem in Paradisum non adduceret?». Utique, concludit S. ALPHONSUS [*Ibid.*]: «Iesus Mariae corpus post mortem corrumpi noluit, cum in suum dedecus redundaret virginalem eius carnem in tabem redigi, ex qua suam ipsemet carnem assumpserat».

³⁴ PIUS IX, Bulla *Ineffabilis Deus*, 8 dec. 1854: Acta Pii IX, pars I, vol. I, pp. 597-598: «Quapropter illam longe ante omnes Angelicos Spiritus, cunctosque Sanctos caelestium omnium charismatum copia de thesauro divinitatis deprompta ita mirifice cumulavit, ut ipsa ab omni prorsus peccati labe semper libera, ac tota pulchra et perfecta, eam innocentiae ac sanctitatis plenitudinem prae se ferret, qua maior sub Deo nullatenus intelligitur, et quam praeter Deum nemo assequi cogitando potest».

PIUS XII, Litt. Encycl. *Ad caeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 635: «Nullum igitur dubium est Mariam Sanctissimam dignitate sua omnes res creatas excellere itemque super omnes post Filium suum obtinere primatum ».

Cf. S. BONAVENTURA, *In III Sent.*, d. 9, a. 1, q. 3, in sol. [ed. Quaracchi III, 206 a]: «Quoniam [Maria] excellentissimum nomen habet, ita quod excellentius purae creaturae convenire non potest, ideo non tantum debetur ei honor *duliae*, sed *hyperduliae*... Ex hoc enim quod Mater Dei est, praelata est ceteris creaturis, et eam prae ceteris decens est honorari et venerari».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
dicta inter omnes mulieres» ⁽³⁶⁾ salutari meruerit,	dicta inter mulieres» ⁽³⁴⁾ salutari meruerit,	dicta inter mulieres» ⁽³⁷⁾ salutari meruerit,	benedicta inter mulieres [cf. <i>Lc.</i> 1, 42] salutari meruerit,
nihil mirum si	nihil mirum si	nihil mirum si	nihil mirum si, quemadmodum ipsamet de seipsa prophetavit «beatam me dicent omnes generationes» [<i>Lc.</i> 1, 48]
cunctis a gentibus et ab universis ritibus «beata» omni quidem laude, suffragiis saeculorum decursu saeculentium ⁽³⁷⁾ , praediceatur, colatur, ametur, invocetur necnon ad exemplum trahatur ⁽³⁸⁾ .	cunctis a gentibus et ab universis ritibus «beata» omni quidem laude, suffragiis saeculorum decursu crescentium ⁽³⁵⁾ , praediceatur, colatur, ametur, invocetur necnon ad exemplum trahatur ⁽³⁶⁾ .	cunctis a gentibus et ab universis ritibus «beata» omni quidem laude, suffragiis saeculorum decursu crescentium ⁽³⁸⁾ , praediceatur, colatur, ametur, invocetur necnon ut exemplum proponatur ⁽³⁹⁾ .	cunctis a gentibus et ab universis ritibus «beata» omni quidem laude, suffragiis saeculorum decursu crescentibus, praediceatur, colatur, ametur, invocetur necnon ut exemplum proponatur.

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

³⁵ PIUS VII, Breve *Quod divino*, 24 ian. 1806 [*Documentos marianos*, n. 235]: «Quod divino animata Spiritu beatissima ac gloriosa Dei Genetrix Virgo Maria de se ipsa praenuntiavit generationes omnes beatam illam nuncupaturas, id sane non modo prioribus Ecclesiae saeculis impletum novimus, cum toto terrarum orbe ad eius honorem templa aedificata fuerint, atque arae erectae, verum etiam aucta quotidie magis fidelium pietate erga amantissimam Parentem nostram, ac gratiarum omnium dispensatricem, maiori semper devotionis ardore, alia aliis successerint monumenta pietatis et quaedam praesertim loca inscrutabili Dei consilio, constituta sint, in quibus peculiari beatae Virginis intercessione quaedam mira veniunt, quae in aliis aequae contigisse novimus».

PIUS XII, Litt. *Encycl. Fulgens corona*, 8 sept. 1953: AAS 45 (1953) p. 582: «... inde ab antiquissima Ecclesiae aetate, hoc doctrinae caput [scilicet doctrina de cultu B. V. Mariae] cotidie magis inclaruit, ac cotidie latius viguit cum apud sacros Pastores, tum in mente animoque christianae plebis».

Cf. Decreta CONC. NICAENI II et CONC. TRID. de sacris imaginibus sive Christi sive «intemeratae dominae nostrae sanctae Dei genitricis», sive sanctorum in genere: «honus qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illae repraesentant...» [DENZ. 302, 986].

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
benedicta inter mulieres [cf. <i>Lc.</i> 1, 42] salutariter meruerit,	repleta, benedicta inter mulieres [cf. <i>Lc.</i> 1, 42] salutariter meruerit,	repleta, benedicta inter mulieres (cf. <i>Lc.</i> 1, 42) salutariter meruerit,	benedicta inter mulieres (cf. <i>Lc.</i> 1, 42) salutariter meruerit,
nihil mirum si, quemadmodum ipsamet de seipsa prophetavit «beatam me dicent omnes generationes» [<i>Lc.</i> 1, 48]	nihil mirum quod, quemadmodum ipsamet de seipsa prophetavit «beatam me dicent omnes generationes» [<i>Lc.</i> 1, 48]	nihil mirum quod, quemadmodum ipsamet de seipsa prophetavit «beatam me dicent omnes generationes» (<i>Lc.</i> 1, 48)	<i>nihil mirum si</i> , quemadmodum ipsamet de seipsa prophetavit «beatam me dicent omnes generationes» (<i>Lc.</i> 1, 48),
cunctis a gentibus et ab universis ritibus «beata» omni quidem laude, suffragiis saeculorum decursu crescentibus ⁽³⁴⁾ , praedicetur, colatur, ametur, invocetur necnon ut exemplum proponatur ⁽³⁵⁾ .	cunctis a gentibus et ab universis ritibus «beata» omni quidem laude, suffragiis saeculorum decursu crescentibus ⁽³⁴⁾ , praedicetur, colatur, ametur, invocetur necnon ut exemplum proponatur ⁽³⁵⁾ .	cunctis a gentibus et ab universis ritibus «beata» omni quidem laude, suffragiis saeculorum decursu crescentibus, ³⁵ praedicetur, colatur, ametur, invocetur necnon ut exemplum proponatur. ³⁶	cunctis a gentibus et ab universis ritibus, <i>suffragiis saeculorum decursu continuo crescentibus</i> , ³⁵ <i>omni quidem cum laude</i> «beata» <i>praedicatur, colitur, amatur, invocatur, eademque in exemplum ad imitandum proponitur</i> . ³⁶

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

³⁶ BENEDICTUS XIV, Bulla aurea *Gloriosae Dominae*, 27 sept. 1748 [*Documentos Marianos*, n. 210]: «Gloriosae Dominae, Dei Genitricis Mariae cultum ac venerationem, Dei manifesta voluntate ac veraci semper Ecclesiae spiritu, magnopere commendari, nec minus iuste quam fructuose eidem a fidelibus exhiberi, adeo manifestum esse non dubitamus, ut ad christianorum corda religioso devotionis studio erga eam inflammanda apostolicae adhortationes Nostrae superfluae propemodum fore videantur. Sicut enim omnipotens Deus hanc virginem electam ex millibus, et ad ineffabilem divinae maternitatis dignitatem Angelo nuntiante evectam, gratiae suae donis abundantius prae ceteris omnibus puris creaturis replevit, ac splendidissimis gloriae coronis super alia omnia manuum suarum opera decoravit; sic etiam Catholica Ecclesia, Sancti Spiritus magisterio edocta, eandem, et tamquam Domini ac Redemptoris sui Parentem caelitus ac terrae Reginam impensissimis obsequiis colere, et tamquam amantissimam Matrem, extrema, Sponsi sui morientis voce sibi relictam, filialis pietatis affectu prosequi studiosissime semper professa est».

LEO XIII, Litt. Encycl. *Augustissimae Virginis Mariae*, 12 sept. 1897: Acta Leonis XIII, XVII, p. 285: «Augustissimae Virginis Mariae foveri assidue cultum et contentiore quotidie studio promoveri quisque perspiciet, qui secum reputaverit, quam excelso dignitatis et gloriae fastigio Deus ipsam collocavit».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
Qui singularis cultus marialis cum latriam, Dei propriam, attingere nequeat, eiusque ultima ratio ipsa Christi sanctitas sit, tantum abest ut cultui divino detrimentum afferat, quin potius illi quam maxime faveat,	Qui singularis cultus marialis tantum abest ut cultui divino latriae – quo Verbo Incarnato quemadmodum et Patri ac Spiritui Sancto suprema adoratio exhibetur – detrimento sit, quin potius illi quam maxime faveat. Huius enim cultus ultima ratio ipsemet Christus est, ad quem inveniendum ardentemque amandum nullum, praeterquam per Mariam, iter certius ac expeditius adest; quod comprobatur vel ex ipsamet historia templorum, festivitatum ac conventuum marialium, in quibus factum evangelicum adorationis Magorum ⁽³⁷⁾ sem-	Qui singularis cultus marialis tantum abest ut cultui divino latriae – quo Verbo Incarnato quemadmodum et Patri ac Spiritui Sancto suprema adoratio exhibetur – detrimento sit, ut potius illi quam maxime faveat.	Qui singularis cultus marialis tantum abest ut cultui divino latriae – quo Verbo Incarnato quemadmodum et Patri ac Spiritui Sancto suprema adoratio exhibetur – detrimento sit ut potius illi quam maxime faveat.

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

PIUS XII, *Nuntius Radioph. Christifidelibus datus ob conventum marialem e tota Argentina in urbe Luján coadunatum*: AAS 39 (1947) p. 628: «El culto a la Madre de Dios, por Ella misma profetizado cuando anunció: “Beatam me dicent omnes generationes”, es un elemento fundamental en la vida cristiana... Honrémosla, pues, reconociendo el brillo sin par de su hermosura, los primores de su bondad y lo irresistible de su poder; por la excelsitud de sus virtudes y por la dignidad incomparable de su misión, reverenciémosla proclamando su grandeza, manifestándole nuestro respeto y pidiéndole su intercesión; finalmente, imitémosla sin cesar en tan noble empeño...».

PIUS XII, Epist. Apost. *Ex hoc*, 25 mart. 1950: AAS 42 (1950) p. 717: «Ex hoc, ut ait Sanctus Bonaventura, quod Virgo Maria effecta est Dei Mater, est effecta Mater omnium creaturarum»; idcirco, tantae Parenti dicata, plurima per orbem surgunt Templata, e quibus praecipua ac maiore Christifidelium consensu commendata, e Romanorum Pontificum instituto potiore dignitate solent decorari».

IOANNES XXIII, *La presenza dell'insegnamento di Cristo e del patrocinio di Maria nel cuore di ogni fedele*:

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
Qui singularis cultus marialis tantum abest ut cultui divino latriae – quo Verbo Incarnato quemadmodum et Patri ac Spiritui Sancto suprema adoratio exhibetur – detrimento sit, ut potius illi quam maxime faveat.	Qui singularis cultus marialis tantum abest ut cultui divino latriae – quo Verbo Incarnato quemadmodum et Patri ac Spiritui Sancto suprema adoratio exhibetur – detrimento sit, ut potius illi quam maxime faveat.	Qui singularis cultus marialis tantum abest ut cultui divino latriae – quo Verbo Incarnato quemadmodum et Patri ac Spiritui Sancto adoratio exhibetur – detrimento sit ut potius illi quam maxime faveat.	<i>Tantum vero abest ut huiusmodi singularis cultus marialis cultui divino latriae – quo Verbo Incarnato quemadmodum et Patri ac Spiritui Sancto adoratio exhibetur – detrimento sit, ut potius illi quam maxime faveat.</i>

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

L'Oss. Rom., 18 aug. 1960: «Accanto a Gesù la Madre sua Maria. All'indomani della celebrazione della celebrità dell'Assunta, il sentimento filiale si rivolge con fiducia ed affetto verso tanta Madre, per la quale i cattolici nutrono la più alta e sentita devozione. Qualcuno, già in passato, ha voluto criticare questo sentimento, quasi si trattasse di un'adorazione, che è dovuta a Dio solo. È chiaro invece che i cattolici venerano la Madre di Gesù con tutto il loro entusiasmo, ben sapendo che, a causa delle sue prerogative, del suo insigne privilegio d'essere la Madre del Figlio di Dio fatto Uomo, dei doni dal Signore ricevuti e della sua potenza d'intercessione, Ella è la creatura che sulla terra più si avvicina a Dio... Noi dunque portiamo sempre Gesù nel cuore: fonte di forza, di consolazione, di ogni conforto. Del pari abbiamo con noi sempre l'immagine di Maria: e tanta Madre aiuta ogni suo figlio nei vari momenti della esistenza; sorregge a raggiungere bene la meta che a ciascuno è assegnata quaggiù di conoscere, cioè amare, servire il Signore; di praticare le virtù della carità e della pazienza, segnatamente durante le prove che la vita ci offre, sempre continuando nella sicurezza dei beni eterni. Così, questo l'augurio del Padre comune delle anime, Gesù e Maria ci salvino e ci benedicano sempre!».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
	per et ubique renovatur: Iesus invenitur veniendo ad Mariam, quae devotos suos veluti manuducit ad Christum Eucharisticum – sacramentali confessione rite peracta – digne accipiendum palamque adorandum ⁽³⁸⁾ .		
idque eo vel magis quia Ecclesia catholica, licet intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum, locorum atque individualium inclinationum varias formas ac practicas devotionis marialis permiserit,	Neque variae formae pietatis marialis – quas Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum, locorum atque individualium inclinationum conditionibus permisit –, aliud spectant quam	Variae igitur formae pietatis marialis – quas Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium permisit –, ad id spectant	Variae igitur formae pietatis marialis – quas Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium permisit –, ad id spectant
numquam tamen inculcare cessavit veram devotionem illam esse quae efficit ut unicus noster Mediator, Iesus Christus, rite noscatur, ametur eiusque mandata serventur ⁽³⁹⁾ .	ut, honorata Matre, Filius, in quo aeterno Patri complacuit «omnem plenitudinem divinitatis inhabitare» ⁽³⁹⁾ , rite noscatur, ametur, glorificetur eiusque mandata serventur;	ut, honorata Matre, Filius, in quo aeterno Patri complacuit «omnem plenitudinem inhabitare» ⁽⁴⁰⁾ , rite noscatur, ametur, glorificetur eiusque mandata serventur;	ut, honorata Matre, Filius, in quo aeterno Patri complacuit omnem plenitudinem inhabitare [cf. <i>Col.</i> 1, 19], rite noscatur, ametur, glorificetur eiusque mandata serventur;
	et sic per Christum, qui est via, veritas et vita, homines ad Dei unius ac trini cognitionem supremamque adorationem perducantur.	et sic per Christum, qui est via, veritas et vita, homines ad Dei unius ac trini cognitionem supremamque adorationem perducantur.	et sic per Christum, qui est via, veritas et vita, homines ad Dei unius ac trini cognitionem supremamque adorationem perducantur.

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
---------------------------------------	--------------------------------------	--------------------------------------	--

Variae igitur formae pietatis marialis, quas Ecclesia, – intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium –, approbavit, ad id spectant

Variae igitur formae pietatis erga Dei hominumque Matrem, quas Ecclesia, – intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium –, approbavit, ad id spectant

Variae igitur formae pietatis erga Dei hominumque Matrem, quas Ecclesia, – intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium –, approbavit, ad id spectant

Variae igitur formae pietatis erga Dei hominumque Matrem, quas Ecclesia, – intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium –, approbavit, ad id spectant

ut, honorata Matre, Filius, in quo aeterno Patri complacuit omnem plenitudinem inhabitare [cf. *Col.* 1, 19], rite noscatur, ametur, glorificetur eiusque mandata serventur;

ut, honorata Matre, Filius, in quo aeterno Patri complacuit omnem plenitudinem inhabitare [cf. *Col.* 1, 19], rite noscatur, ametur, glorificetur eiusque mandata serventur;

ut, honorata Matre, Filius, in quo aeterno Patri complacuit omnem plenitudinem inhabitare (cf. *Col.* 1, 19), rite noscatur, ametur, glorificetur eiusque mandata serventur;

ut, *dum Mater honoratur*, Filius, in quo aeterno Patri complacuit omnem plenitudinem inhabitare (cf. *Col.* 1, 19), rite noscatur, ametur, glorificetur eiusque mandata serventur;

et sic per Christum, qui est via, veritas et vita, homines ad Dei unius ac trini cognitionem supremamque adorationem perducantur.

et sic per Christum, qui est via, veritas et vita (cf. *Io.* 14, 6), homines ad Dei unius ac trini cognitionem supremamque adorationem perducantur.

et sic per Christum, qui est «via et veritas et vita» (*Io.* 14, 6), homines ad Dei unius ac trini cognitionem supremamque adorationem perducantur.

et sic per Christum, qui est «via et veritas et vita» (*Io.* 14, 6), homines ad Dei unius ac trini cognitionem supremamque adorationem perducantur.

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
<p>Quam sanam, traditionalem catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque commemorat theologos divinique verbi praecones eodem tempore monendo, ut ab omni falsa veritatis superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Dei parentis dignitate consideranda, caveant⁽⁴⁰⁾.</p> <p>Sint itaque veris ac solidis praeconiis contenti, ficta et commentitia omniaque quae sunt contraria sive absolutae transcendentiae ac dominationi Christi, sive dignitati Matris Dei, quae cuilibet membro Corporis Christi mystici assimilari nequit⁽⁴¹⁾, repudiantes; sint solliciti ne ullos terminos praetergrediantur quos Magisterium Ecclesiae,</p>	<p>Quam sanam, traditionalem catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque commemorat eodemque tempore admonet theologos divinique verbi praecones, ut ab omni falsa veritatis superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari [Dei] parentis – quae cuilibet membro Corporis Christi mystici assimilari nequit – dignitate consideranda, caveant⁽⁴⁰⁾;</p>	<p>Quam sanam, traditionalem catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque commemorat eodemque tempore admonet theologos divinique verbi praecones, ut ab omni falsa veritatis superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Dei parentis – cui nullum membrum Corporis Christi mystici aequiparari potest – dignitate consideranda, caveant⁽⁴¹⁾.</p>	<p>Quam sanam, catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque commemorat eodemque tempore admonet theologos divinique verbi praecones, ut ab omni falsa veritatis superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Dei parentis dignitate consideranda caveant.</p>

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

³⁷ PIUS XII, *Nuntius Radioph. Iis qui interfuerunt conventui internationali mariologico-mariano Romae habito*: AAS 46 (1954) p. 679: «Ita etiam haec disciplina [mariologica] recta illa media via procedere poterit, qua et ab omni falsa et immodica veritatis superlatione caveat et ab illis se segreget, qui vano quodam agitantur timore, ne Beatissimae Virgini plus aequo concedant aut, ut non raro dicitant, Matre honorata et pie invocata, ipsi Divino Redemptori aliquid honoris et fiduciae detrahant».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
Quam sanam, catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque commemorat eodemque tempore admonet theologos divinique verbi praecones, ut ab omni falsa veritatis superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Dei parentis dignitate consideranda caveant ⁽³⁶⁾ .	Quam sanam, catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque docet eodemque tempore admonet theologos divinique verbi praecones, ut ab omni falsa veritatis superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Dei parentis dignitate consideranda caveant ⁽³⁶⁾ .	Quam sanam, catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque docet eodemque tempore admonet theologos divinique verbi praecones, ut ab omni falsa veritatis superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Dei parentis dignitate consideranda caveant. ³⁷	Quam sanam, catholicam doctrinam Sacra Synodus consulto fortiterque docet eodemque tempore ADMONET EPISCOPOS, UT SEDULO INVIGILENT THEOLOGIS DIVINIQUE VERBI PRAECONIBUS, ut ab omni falsa veritatis superlatione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Dei parentis dignitate consideranda ABSTINEANT. ³⁷

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

PIUS XII, Litt. Encycl. *Ad caeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 637: «In his tamen aliisque quaestionibus ad Beatam Virginem spectantibus, curent theologi ac divini verbi praecones ut quasdam e recto itinere aberrationes devitent, ne in duplicis generis errores inducantur; caveant nempe et sententias fundamento carentes ac veritatem quadam verborum superlatione excedentes, et nimiam mentis angustiam in singulari illa, omnino excelsa, immo fere divina Deiparae dignitate consideranda, quam quidem Doctor Angelicus eidem agnoscendam esse docet “ex bono infinito quod est Deus”».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
sacra Scriptura et Traditio, recta ratio ve- riorque theologia, ac purae creaturae, – prout est Virgo Maria, quae licet mater Dei, non est Deus, – merita proponere possint ac debeant.	Item, cuncti Christi- fideles sciant veram devotionem potius quam in signis exteri- oribus, quodam unius momenti caduco af- fectu, in sensibili cre- dulitate variis appari- tionibus, in sincera veraque vita interiore, quae ad imitationem virtutum beatissimae Virginis, potissimum vero eius fidei, spei et caritatis, adducit, con- sistere ⁽⁴²⁾ .	tum omnes singulos- que utriusque sexus Christifideles, ut ani- mo comprehensum habeant veram devo- tionem neque in quo- dam unius momenti affectu neque in vana quadem credulitate consistere, sed in sin- cera veraque vita inte- riore, quae ad imitati- onem beatissimae Vir- ginis, potissimum vero eius fidei, spei et cari- tatis, adducit ⁽⁴¹⁾ .	Meminerint porro u- triusque sexus fideles veram devotionem ne- que in quodam unius momenti affectu ne- que in vana quadam credulitate consistere, sed ex vera fide proce- dere, qua ad imitatio- nem beatissimae Vir- ginis, potissimum vero eius fidei, spei et cari- tatis, omnes adduci- mur ⁽⁴²⁾ .

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

³⁸ S. PIUS X, Litt. Encycl. *Ad diem illum*, 2 febr. 1904: Acta Pii X, pp. 155-156: «Nullus equidem honor Mariae optabilior, nullus iucundior quam ut noscamus rite et amemus Iesum. Sint igitur fidelium celebritates in templis, sint festi apparatus, sint laetitiae civium; quae res omnes non mediocres usus afferunt ad pietatem fovendam. Verumtamen nisi his voluntas animi accedat, formas habebimus, quae speciem tantum offerant religionis. Has Virgo quum videat, iusta reprehensione Christi verbis in nos utetur: “Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me”. Nam ea demum est germana adversus Deiparentem religio, quae profluat animo... Quapropter hoc quisque persuasum habeat: si pietas, quam in Virginem beatissimam quis profitetur, non eum a peccato retinet, vel pravos emendandi mores consilium non indit, fucam esse pietatem ac fallacem, utpote quae proprio nativoque careat fructu... Quamvis autem deceat filios Matris sanctissimae nullam praeterire laudem quin imitentur; illas tamen Eiusdem virtutes ipsos fideles assequi prae ceteris desideramus, quae principes sunt ac veluti nervi atque artus christianae sapientiae: fidem inquam, spem et caritatem in Deum atque homines...».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
---------------------------------------	--------------------------------------	--------------------------------------	--

Meminerint porro utriusque sexus fideles veram devotionem neque in quodam unius momenti affectu neque in vana quadam credulitate consistere, sed ex vera fide procedere, qua omnes adducimur ad imitationem virtutum illius beatissimae Virginis⁽³⁷⁾,

Meminerint porro utriusque sexus fideles veram devotionem neque in quodam unius momenti affectu neque in vana quadam credulitate consistere, sed ex vera fide procedere, qua omnes adducimur ad imitationem virtutum illius beatissimae Virginis⁽³⁷⁾,

Meminerint porro utriusque sexus fideles veram devotionem neque in quodam unius momenti affectu neque in vana quadam credulitate consistere, sed ex vera fide procedere, qua omnes adducimur ad imitationem virtutum illius beatissimae Virginis,³⁸

Meminerint porro utriusque sexus fideles veram devotionem *in quodam* unius momenti affectu *minime consistere*, PRORSUSQUE RESPUANT OMNEM VANAM CREDULITATEM; *e contra firmiter teneant devotionem* ex vera fide procedere, qua omnes adducimur ad imitationem virtutum illius beatissimae Virginis,³⁸

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

PIUS XII, *Allocutio pro canonizatione Beati Ludovici de Montfort*, 21 iul. 1947: AAS 39 (1947) p. 413: «La vraie dévotion, celle de la tradition, celle de l'Eglise, celle, dirions-Nous, du bon sens chrétien et catholique, tend essentiellement vers l'union à Jésus, sous la conduite de Marie».

IOANNES XXIII, *Epist. ad Card. Mimmi*, 2 oct. 1960: AAS 52 (1960) p. 498: «Qui autem pia Deiparae Virginis tutela confidunt, et cum ipsa volunt claros referre triumphos, probe necesse est, ipsius decorentur virtutibus et maternis dotibus utpote filii sinceræ indolis emineant. Nam ita hortatur illa suos, ut currant in odorem unguentorum suorum [Cant. 1, 3]: "Ego mater pulchrae dilectionis et timoris et agnitionis et sanctae spei... In me omnis spes vitae et virtutis"».

Cf. S. AMBROSIIUS, *De virginibus*, lib. II, c. 2, n. 15: PL 16, 210 B: «Talis enim fuit Maria, ut eius unius vita, omnium sit disciplina».

S. BONAVENTURA, *Sermo I De Purificatione* [Opera IX, 638 A]: «Verum est quod Virgo gloriosa perfectissime habuit omnes virtutes...».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
			<p>quae fuit «ancilla Domini» [Lc. 1, 38], humillima et oboedientissima, fidelissime servans «et conferens in corde suo» [Lc. 2, 19] quidquid ad Verbum incarnatum pertinebat [cf. Lc. 2, 51], beata quia credidit [cf. Lc. 1, 45] salutata.</p>

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

³⁹ S. AUGUSTINUS, *De sancta virginitate*, c. 3: PL 40, 398.

⁴⁰ PETRUS MOGHILA in sua Confessione scribit: «De beatissima Virgine quae cum tantum mysterium digna facta sit persolvere, omnes orthodoxi ipsam honore debito ac reverentia prosequi tenentur» [cf. GORDILLO M., *Mariologia Orientalis*, Romae 1954, p. 259].

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
<p>quae fuit «ancilla Domini» [Lc. 1, 38], humillima et oboedientissima, fidelissime servans «et conferens in corde suo» [Lc. 2, 19] quidquid ad Verbum Incarnatum pertinebat [cf. Lc. 2, 51], beata quia credidit [cf. Lc. 1, 45] salutata.</p>	<p>quae fuit «ancilla Domini» [Lc. 1, 38], humillima et oboedientissima, fidelissime servans «et conferens in corde suo» [Lc. 2, 19] quidquid ad Verbum incarnatum pertinebat [cf. Lc. 2, 51], beata quia credidit [cf. Lc. 1, 45] salutata.</p>	<p>quae fuit «ancilla Domini» (Lc. 1, 38), humillima et oboedientissima, fidelissime servans «et conferens in corde suo» (Lc. 2, 19) quidquid ad Verbum Incarnatum pertinebat (cf. Lc. 2, 51), beata quia credidit (cf. Lc. 1, 45) salutata.</p>	<p>quae fuit «ancilla Domini» (Lc. 1, 38), humillima et oboedientissima, <i>quaeque fidelissime servavit</i>, ea «conferens in corde suo» (Lc. 2, 19), <i>quae cumque</i> ad Verbum Incarnatum <i>pertinebant</i> (cf. Lc. 2, 51), beata quia credidit (cf. Lc. 1, 45) salutata.</p>
	<p>Nihil enim materna propinquitas Mariae profuisset, «nisi felicius Christum corde quam carne gestasset».³⁷</p>	<p>Nihil enim materna propinquitas Mariae profuisset, «nisi felicius Christum corde quam carne gestasset».³⁹</p>	<p>Nihil enim materna propinquitas Mariae profuisset, «nisi felicius Christum corde quam carne gestasset».³⁹</p>
<p>Quo debito honore ac reverentia Matrem Domini et Salvatoris nostri ipsos quoque haud paucos dissidentes, potissimum vero Orientales, – qui arcano quodam impulsu erga Deiparam peculiari modo colendam feruntur⁽³⁸⁾, – prosequi, magnum Sacrae Synodo gaudium ac solatium affert.</p>	<p>Quo debito honore ac reverentia Matrem Domini et Salvatoris nostri ipsos quoque haud paucos dissidentes, potissimum vero Orientales, – qui arcano quodam impulsu erga Deiparam peculiari modo colendam feruntur⁽³⁸⁾, – prosequi, magnum Sacrae Synodo gaudium ac solatium affert.</p>	<p>Quo debito honore ac reverentia Matrem Domini et Salvatoris nostri ipsos quoque haud paucos dissidentes, potissimum vero Orientales, – qui arcano quodam impulsu erga Deiparam peculiari modo colendam feruntur⁴⁰ – prosequi, magnum Sacrae Synodo gaudium ac solatium affert.</p>	<p>Quo debito honore ac reverentia Matrem Domini et Salvatoris nostri ipsos quoque haud paucos <small>FRATRES SEPARATOS</small>, potissimum vero Orientales, – qui <small>FERVIDO</small> quodam impulsu in Deiparam peculiari modo colendam feruntur⁴⁰ – prosequi, magnum Sacrae Synodo gaudium ac solatium affert.</p>

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Aethiopes confitentur «testante Sacra Scriptura Deiparam honorandam esse» [*Ibid.*, p. 261]. Certissimum est quod cultus Beatissimae Virginis in Oriente christiano longe superat cultum aliorum Sanctorum, etsi non adhibetur terminus «hyperdulia».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
Hinc manifesto patet quam longe a veritate sint qui Catholicae Ecclesiae erga Deiparam cultum improbant non aliter ac si quid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducatur, in primis ii qui dictitare non verentur Mariologiam et pietatem Marianam potius impedimento quam auxilio esse ut omnes, qui Christi nomine gloriantur, in uno eodemque ovili sub uno Summo Pastore tandem inveniantur ⁽⁴³⁾ .	Hinc manifesto patet quam longe a veritate sint qui Catholicae Ecclesiae erga Deiparam cultum improbant non aliter ac si quid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducatur.	Hinc manifesto patet quam longe a veritate sint qui catholicae Ecclesiae erga Deiparam cultum improbant non aliter tamquam si quid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducatur.	Hinc manifesto patet quam longe a veritate sint qui catholicae Ecclesiae erga Deiparam cultum improbant non aliter tamquam si quid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducatur.
5. (<i>Maria sanctissima Fautrix et Mater unita - tis christianae</i>).	5. [<i>Maria sanctissima Fautrix unitatis christianae</i>].	21. [<i>Maria sanctissima Fautrix unitatis christianae</i>].	5. [<i>Maria sanctissima Fautrix unitatis christianae</i>].
Maria mater Capitis et membrorum Corporis mystici, quae vehementer cupit ut qui uno donati sunt baptis- mate una eademque cum Christo et inter se fide cohaereant, ex ipsa rei natura vinculum unionis est inter	Maria mater Capitis et mater membrorum Corporis mystici, quae vehementer cupit ut qui uno donati sunt baptis- mate una eademque cum Christo et inter se fide cohaereant, eo ipso fautrix unionis est inter chri-	Maria mater Capitis et mater membrorum Corporis mystici, quae vehementer cupit ut qui uno donati sunt baptis- mate una eademque cum Christo et inter se fide cohaereant, eo ipso fautrix unionis est inter chri-	Maria Mater Capitis et membrorum Corporis Christi, cum vehementer cupiat ut qui uno donati sunt baptis- mate et uno Spiritu aguntur, una eademque tum cum Christo tum inter se fide et caritate cohaereant, eo ipso

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

⁴¹ LEO XIII, Litt. Encycl. *Fidentem piunique*, 20 sept. 1896: Acta Leonis XIII, XVI, p. 287. LEO XIII misit Congressui Mariano Liburnensi poema:

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
Hinc manifesto patet quam longe a veritate sint qui catholicae Ecclesiae erga Deiparam cultum improbant, non aliter tamquam si quid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducatur.	Hinc manifesto patet quam longe a veritate absit improbare catholicae Ecclesiae erga Deiparam cultum, tamquam si quid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducatur.	Hinc manifesto patet quam longe a veritate absit improbare catholicae Ecclesiae erga Deiparam cultum, tamquam si quid ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito subducatur.	Hinc manifesto patet <i>perperam ac immerito exprobrari</i> catholicae Ecclesiae erga Deiparam cultum, tamquam <i>si exinde aliquid</i> ex cultu uni Deo ac Iesu Christo debito <i>subduceretur</i> .
5. [<i>Maria sanctissima Fautrix unitatis christianae</i>].	6. [<i>Maria sanctissima Fautrix unitatis christianae</i>].	6. [<i>Maria Sanctissima Fautrix unitatis christianae</i>].	6. [<i>Maria Sanctissima Fautrix unitatis christianae</i>].
Maria, Mater et Virgo sanctissima, quae cum homines universos in Calvario habuerit materno animo commendatos, vehementer cupit ut non modo illi qui uno donati sunt baptisate unoque Spiritu aguntur ⁽³⁸⁾ , ve-	Maria, Mater et Virgo sanctissima, cum homines universos in Calvario habuerit materno <i>cordi</i> commendatos, vehementer cupit ut non modo illi qui uno donati sunt baptisate unoque Spiritu aguntur ⁽³⁹⁾ , ve-	Maria, Mater et Virgo sanctissima, cum homines universos in Calvario habuerit materno cordi commendatos, vehementer cupit ut non modo illi qui uno donati sunt baptisate unoque Spiritu aguntur, ⁴¹ ve-	Maria, Mater et Virgo sanctissima, cum homines universos in Calvario habuerit materno cordi commendatos, vehementer cupit ut non modo illi qui uno donati sunt baptisate unoque Spiritu aguntur, ⁴¹ ve-

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

«*Virgine favente, fiat unum ovile!*
Auspicium felix! Orientis personat oras;

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
christianos ac potentissima mediatrix ad homines cum Christo iungendos ⁽⁴⁴⁾ .	stianos ac potentissima mediatrix ad homines cum Christo iungendos ⁽⁴²⁾ .	stianos ac potentissima mediatrix ad homines cum Christo iungendos ⁽⁴³⁾ .	Fautrix unionis est inter christianos.
Quapropter Sacra Synodus certa spe ac fiducia nititur fore ut haec Mater Ecclesiae	Quapropter sacra Synodus certa spe ac fiducia nititur fore ut haec Mater Ecclesiae	Quapropter sacra Synodus certa spe ac fiducia nititur fore ut haec Mater Ecclesiae	Quapropter S. Synodus certa spe ac fiducia nititur fore ut haec beatissima Virgo, – quae intercessit [<i>Io.</i> 2, 3] ut Verbi incarnati primum signum in Cana fieret Galilaeae, ex quo fides discipulorum initium sumpsit [<i>Io.</i> 2, 11], atque ortae Ecclesiae adstitit –

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Vox lapsa e caelo, personat occiduas:
Una fides Christi, Pastor regat unus ovile,
Dispersas gentes colligat unus amor.
Virgo, fave: errantes, ah! lumine mater amico
Respice, et Unigenae iunge benigna tuo».

[Cf. *Documentos Marianos*, n. 423].

PIUS XI, Litt. Encycl. *Ecclesiam Dei*, 12 nov. 1923: AAS 15 (1923) p. 581: «Alterum unitatis reconciliandae vinculum cum Orientalibus Slavis in eorum singulari studio erga magnam Dei Matrem Virginem ac pietate continetur, eos ab haereticis compluribus seiungens, nobisque efficiens propiores».

⁴² PIUS XI, Litt. Encycl. *Rerum Ecclesiae*, 28 febr. 1926: AAS 18 (1926) p. 83: «Communibus autem benigne adrideat foveatque coeptis sanctissima Regina Apostolorum Maria, quae, cum homines universos in Calvaria habuerit materno animo suo commendatos, non minus eos fovet ac diligit, qui se fuisse a Christo Iesu redemptos ignorant, quam qui ipsius redemptionis beneficiis fruuntur feliciter».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
rum etiam illi qui se fuisse a Christo Iesu redemptos ignorant ⁽⁴⁰⁾ , una eademque, tum cum Divino Salvatore tum inter se ipsos, fide et caritate cohaereant.	rum etiam illi qui se fuisse a Christo Iesu redemptos ignorant ⁽⁴⁰⁾ , una eademque, tum cum Divino Salvatore tum inter se ipsos, fide et caritate cohaereant.	rum etiam illi qui se fuisse a Christo Iesu redemptos ignorant ⁽⁴²⁾ , una eademque, tum cum Divino Salvatore tum inter se ipsos, fide et caritate cohaereant.	rum etiam illi qui se fuisse a Christo Iesu redemptos ignorant ⁽⁴²⁾ , una eademque, tum cum divino Salvatore tum inter se ipsos, fide et caritate cohaereant.
Quapropter S. Synodus certa spe ac fiducia nititur fore ut haec Mater Dei hominumque,	Quapropter S. Synodus certa spe ac fiducia nititur fore ut haec Mater Dei hominumque,	Quapropter S. Synodus certa spe ac fiducia nititur fore ut haec Mater Dei hominumque,	Quapropter S. Synodus certa spe ac fiducia nititur fore ut haec Mater Dei hominumque,
– quae intercessit [cf. <i>Io.</i> 2, 3] ut Verbi Incarnati primum signum in Cana fieret Galilaeae, ex quo fides discipulorum initium sumpsit [cf. <i>Io.</i> 2, 11], atque ortae Ecclesiae adstitit ⁽⁴¹⁾ –	– quae intercessit [cf. <i>Io.</i> 2, 3] ut Verbi Incarnati primum signum in Cana fieret Galilaeae, ex quo crediderunt in eum discipuli eius [cf. <i>Io.</i> 2, 11], atque ortae Ecclesiae adstitit ⁽⁴¹⁾ , –	– quae intercessit (cf. <i>Io.</i> 2, 3) ut Verbi Incarnati primum signum in Cana fieret Galilaeae, ex quo crediderunt in eum discipuli eius (cf. <i>Io.</i> 2, 11), atque ortae Ecclesiae adstitit, ⁽⁴³⁾ –	– quae intercessit (cf. <i>Io.</i> 2, 3) <i>ut Verbum Incarnatum primum signum operaretur in Cana Galilaeae</i> , ex quo crediderunt in eum discipuli eius (cf. <i>Io.</i> 2, 11), atque <i>nuper</i> ortae Ecclesiae adstitit, ⁽⁴³⁾ –

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Cf. LAURENTIN R., *Lettre sur le problème de la maternité de Marie à l'égard des infidèles*, in: *L'Union Missionnaire du Clergé de France*, 13, n. 4 (oct. 1953), pp. 148-155.

⁴³ LEO XIII, Litt. Encycl. *Adiutricem populi*, 5 sept. 1895: Leonis XIII P. M. Acta, XV, pp. 302 ss.;

BEA A., S. I., «*Erant perseverantes... cum Maria Matre Iesu... in communicatione fractionis panis*» (*Atti* 1, 14; 2, 42), in: *Alma Socia Christi*, VI, fasc. I: «De B. V. Maria et SS. Eucharistia», Romae 1952, pp. 36-37: «quegli anni erano anzitutto per la nascente Chiesa una prima e preziosa esperienza quasi tangibile di quella materna cura e sollecitudine della mediatrice e madre, che poi, nel corso dei secoli, si doveva manifestare sempre più luminosamente e si manifesterà sino alla fine dei tempi».

Cf. *L'Ausiliatrice nel dogma e nel culto*, relazioni presentate al Congresso Mariologico Internazionale del 1950, Torino 1950; *L'Immacolata Ausiliatrice*, relazioni commemorative dell'anno mariano 1954, Torino 1955.

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
validissimo suo patrocinio unitatis donum in christiana familia, quae suae maternitatis insignis est fructus, quamprimum perficiat ⁽⁴³⁾ .	validissimo suo patrocinio unitatis donum in christiana familia quamprimum perficiat ⁽⁴³⁾ .	validissimo suo patrocinio unitatis donum in christiana familia quamprimum obtineat ⁽⁴⁴⁾ .	patrocinio suo unitatem illam obtineat, qua tandem fiat unum ovile et unus Pastor.
			Nec exiguum vinculum est desideratissimae huius unitatis reconciliandae, in mirabili illo traditionis graecae cum latina consensu ad cultum marialem quod attinet. Utrinque enim liturgia, praedicatio, theologia, ipsaque disciplina – etsi modis aliquatenus diversis – parem Dei Genitrici tribuunt et honorem et amorem. Quae diversitas in ratione profitendi unam eandemque fidem magis exaltat mysterium, quod sensum humanum exsuperat. In hac autem contemplatione communi mysterii Matris Dei, – in quo omne Christi mysterium

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

⁴⁴ PIUS IX, Bulla *Ineffabilis Deus*, 8 dec. 1854: Acta Pii IX, pars I, vol. I, p. 617: «Certissima vero spe et omni prorsus fiducia nitimur fore, ut ipsa beatissima Virgo... velit validissimo suo patrocinio, efficere, ut... omnes errantes discussa mentis caligine ad veritatis ac iustitiae semitam redeant, ac fiant unum ovile et unus pastor».

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
patrocinio suo a Deo impetret ut tandem aliquando fiat unum ovile et unus pastor [<i>Io.</i> 10, 16] ⁽⁴²⁾ .	patrocinio suo a Deo impetret ut tandem aliquando omnes in eodem grege sub uno Pastore convenient [<i>Io.</i> 10, 16] ⁽⁴²⁾ .	patrocinio suo a Deo impetret ut tandem aliquando omnes in eodem grege sub uno Pastore convenient (cf. <i>Io.</i> 10, 16). ⁴⁴	patrocinio suo a Deo impetret ut tandem aliquando omnes <i>in eundem gregem</i> sub uno Pastore convenient (cf. <i>Io.</i> 10, 16). ⁴⁴

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

PIUS XII, Const. Apost. *Munificentissimus Deus*, 1 nov. 1950: AAS 42 (1950) p. 769: «Futurum enim sperandum est ut christifideles omnes ad impensioem erga caelestem Matrem pietatem excitentur; utque eorum omnium animi, qui christiano gloriantur nomine, ad desiderium moveantur Mystici Iesu Christi Corporis participandae unitatis...».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
			quodammodo resonat – sive catholici sive qui orthodoxi dicuntur nullam oppositionem inter Christum eiusque Matrem animadvertunt, neque ullam prorsus obscurationem sollemnis illius S. Pauli apostoli doctrinae, qua homo Christus Iesus unus «mediator Dei et hominum» [I Tim. 2, 5] declaratur, quando beatissimam Virginem quoque “mediatricis” titulo honorant.
			Quoniam igitur magnificentissimus Deus in Beatissima Virgine omnibus fidelibus matrem et magnum christianae unitatis praesidium obtulit,
Ad quod mirabile exoptatumque christianae gentis decus obtinendum omnes prorsus invitantur qui christiani nominis or-	Ad quod mirabile exoptatumque christianae gentis decus obtinendum omnes prorsus invitantur qui christiani nominis or-	Quamobrem S. Synodus omnes prorsus hortatur qui christiano nomine gloriantur, – catholicos scilicet et dissidentes, – potissi-	Sacra Synodus omnes prorsus hortatur qui christiano nomine gloriantur, – catholicos scilicet et dissidentes, – ut concorditer pre-

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

⁴⁵ LEO XIII, Litt. Encycl. *Fidentem piunque*, 20 sept. 1896: Acta Leonis XIII, XVI, p. 287: «Ut igitur ad eam, tamquam ad unitatis fauricem et custodem eximiam, recte se Ecclesia exorians precando adiunxit, id similiter his temporibus per orbem catholicum fieri peropportunum est; ... caleat ubique huiusmodi precis studium, ad propositum in primis sanctae unitatis. Neque aliud quidquam Mariae gratius

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
---------------------------------------	--------------------------------------	--------------------------------------	--

Quamobrem omnes prorsus Christifideles hortatur, ut preces supplicationesque ad hanc Fautricem unitatis⁽⁴⁵⁾, Auxilium Chri-

quamobrem omnes prorsus Christifideles hortatur, ut preces supplicationesque ad hanc Fautricem unitatis⁽⁴⁵⁾, atque Auxilium

quamobrem omnes prorsus Christifideles hortatur, ut preces supplicationesque ad hanc Fautricem unitatis,⁴⁶ atque Auxilium

quamobrem omnes prorsus *christifideles* hortatur, ut preces supplicationesque ad hanc Fautricem unitatis,⁴⁵ atque *Adiutricem*

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

acceptiusque fuerit, utpote quae Christo maxime coniuncta, maximopere id cupiat et velit ut qui uno eodemque donati sunt eius baptisate, una omnes eademque fide perfectaue caritate cum ipso et inter se cohaereant».

PIUS XII, Litt. Encycl. *Fulgens corona*, 8 sept. 1953: AAS 45 (1953) pp. 590-591: «Ac praeterea eos

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
nantur nota, catholici scilicet et dissidentes, potissimum vero orientales, qui nativo quodam impulsu erga Magnam Dei Matrem peculiari modo colendam feruntur, ut, concorditer preces supplicationesque ad unitatis christianae Fautricem effundendo ⁽⁴⁶⁾ , errantium ad veritatis et iustitiae semitam maturent reditum,	nantur nota, catholici scilicet et dissidentes, potissimum vero orientales, qui arcano quodam impulsu erga sanctissimam Dei Matrem peculiari modo colendam feruntur, ut, concorditer preces supplicationesque ad unitatis christianae Fautricem effundendo ⁽⁴⁴⁾ , errantium ad veritatis et iustitiae semitam maturent reditum,	mum vero orientales, qui arcano quodam impulsu erga sanctissimam Dei Matrem peculiari modo colendam feruntur, ut, concorditer preces supplicationesque ad unitatis christianae Fautricem effundant ⁽⁴⁵⁾ ,	ces supplicationesque ad hanc unitatis Fautricem Auxiliumque Christianorum effundant, ut ipsa intercedente, divinus eius Filius «mundo pacem impertiat et eandem ecclesiis omnibus mentem adspiret» et has «in unum congreget»,
ut unus tandem fiat fratrum populus, Christi in terris Vicario, beati Petri Successori – quem in Ephesina Synodo, ubi sollemniter dogma maternitatis divinae sancitum fuit, unanimi plausu Patres «Custodem fidei» me-	ut unus tandem fiat fratrum populus, Christi in terris Vicario, beati Petri Successori – quem in Ephesina Synodo, ubi sollemniter dogma maternitatis divinae sancitum fuit, unanimi plausu Patres «Custodem fidei» me-	ut una simul in eodem populo Dei Christi in terris Vicario, beati Petri Successori – quem in Ephesina Synodo, ubi sollemniter dogma maternitatis divinae sancitum fuit, unanimi plausu Patres «Custodem fidei» merito con-	ita ut tandem una simul in eodem populo Dei, Christi Vicario in terris, beati Petri Successori – quem in Ephesina Synodo, ubi sollemniter dogma maternitatis divinae approbatum fuit, unanimi plausu Patres «Cu-

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

etiam, qui ob vetus schisma a Nobis seiuncti sunt, et quos ceteroquin paterno adamamus animo, ad has effundendas concordantes preces supplicationesque advocamus, quandoquidem probe novimus eosdem almam Iesu Christi Genetricem venerari quam maxime eiusque intaminatum celebrare conceptum. Cernat

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
stianorum, instanter effundant,	Christianorum, instanter effundant,	Christianorum, instanter effundant,	Christianorum, instanter effundant,
ut, ipsa intercedente, divinus eius Filius cunctas familias Gentium, et praeprimis illos qui christiano nomine gloriantur,	ut, ipsa intercedente, divinus eius Filius cunctas familias Gentium, et praeprimis illos qui christiano nomine gloriantur,	ut, ipsa intercedente, divinus eius Filius cunctas familias Gentium, et praeprimis illos qui christiano nomine gloriantur,	ut, ipsa intercedente, divinus eius Filius cunctas familias Gentium, et praeprimis illos qui christiano nomine gloriantur,
in unum Dei populum congreget, qui Christi Vicario in terris, beati Petri Successori, – quem in Ephesina Synodo, ubi sollemniter dogma maternitatis divinae approbatum fuit, unanimi plausu Patres «Custodem fi-	in unum Dei populum congreget, qui Christi Vicario in terris, beati Petri Successori, – quem in Ephesina Synodo, ubi sollemniter dogma maternitatis divinae approbatum fuit, unanimi plausu Patres «Custodem fi-	in unum Dei populum congreget, qui Christi Vicario in terris, beati Petri Successori, – quem in Ephesina Synodo, ubi sollemniter dogma maternitatis divinae approbatum fuit, unanimi plausu Patres «Custodem fi-	in unum Dei populum congreget, QUI CHRISTI VICARIUM IN TERRIS, beati Petri Successorem, – quem in Ephesina Synodo, ubi sollemniter dogma maternitatis divinae SANCITUM FUIT, unanimi plausu Patres «Custodem fidei» me-

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

eadem beata Virgo Maria eos universos, qui se christianos esse gloriantur, caritatis saltem vinculis coniunctos, suppliciter oculos, animos, precesque ad ipsam convertere, lucem illam impetrantes, quae mentes superno lumine collustret, atque illam eflagentes unitatem, qua tandem aliquando fiat unum ovile et unus Pastor».

<i>Redactio I</i> die 26 maii 1961	<i>Redactio II</i> die 4 iulii 1961	<i>Redactio III</i> die 13 iuliii 1961	<i>Redactio IV</i> die 20 novembris 1961
rito consalutarunt ⁽⁴⁷⁾ , – tamquam communi Patri parens animo et obsequens corde.	rito consalutarunt ⁽⁴⁵⁾ , – tamquam communi Patri parens animo et obsequens corde.	salutarunt ⁽⁴⁶⁾ , – tam- quam communi Patri obsequantur ac pa- reant.	stodem fidei» merito consalutarunt –, tam- quam communi Patri obsequantur ac pa- reant.

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

⁴⁶ MANSI, *Conciliorum amplissima collectio*, IV, 1287-1288.

Cf. PIUS XI, Litt. Encycl. *Lux veritatis*, 25 dec. 1931: AAS 23 (1931) p. 515: «Redeant ad communem Patrem, cuius sententiam omnes Ephesinae Synodi Patres observantissime exceperunt, quemque concordi plausu “custodem fidei” consalutarunt; ad Nos redeant omnes qui paternum omnino in eos gerimus animum, quique libenter amantissima illa verba facimus Nostra, quibus Cyrillus Nestorium enixe adhortatus est ut “Ecclesiarum pax conservetur, dilectionisque et concordiae vinculum inter Dei sacerdotes indissolubile permaneat”». Et remittit ad MANSI IV, 891, ubi verba Cyrilli prostant.

<i>Redactio V</i> 20 ianuarii 1962	<i>Redactio VI</i> 10 martii 1962	<i>Redactio VII</i> 20 iunii 1962	<i>Redactio VIII</i> Textus officialis editus
dei» merito consalutarunt ⁽⁴⁴⁾ , – tamquam communi Patri obsequantur ac pareant.	dei» merito consalutarunt ⁽⁴⁴⁾ , – tamquam communi Patri obsequatur ac pareat.	dei» merito consalutarunt, ⁴⁶ – tamquam communi Patri obsequatur ac pareat.	rito consalutarunt, ⁴⁶ – TAMQUAM COMMUNEM PATREM AMANTER AGNOSCAT.

NOTAE

ad redactionem VIII = ad textum officialem

Nuncupatio Vicarii Christi tamquam «custodis fidei» et sermo de *acclamatione Coelestini* prostat apud MANSI, IV, 1287 [cf. 1288]; cf. etiam SCHWARTZ, A.C.O., t. I, vol. I, P. III, p. 57, l. 25: «Omnes reverendissimi episcopi *simul acclamaverunt*: Hoc iustum iudicium. Novo Paulo Coelestino, novo Paulo Cyrillo, *Coelestino custodi fidei*, Coelestino cum Synodo concordi, *Coelestino universa synodus gratias agit. Unus Coelestinus, unus Cyrillus, una fides orbis terrarum*».

PARTE SECONDA – FASE CONCILIARE

CRONISTORIA
DEL CAPITOLO VIII SULLA BEATA MARIA VERGINE
E SINOSI
DELLE OTTO REDAZIONI

CAPITOLO I

ALL'ORIGINE DEL SECONDO SCHEMA "DE BEATA"

Le vicende del testo autonomo "*De Beata*" in Concilio sono assai note, per cui mi limito a richiamare solo i dati indispensabili per la conoscenza della genesi del Capitolo VIII della *Lumen gentium*.

1. LA COSTITUZIONE DOGMATICA "DE B.M.V." IN CONCILIO

Dopo la distribuzione in aula conciliare dello schema *De Beata* (unito al *De Ecclesia*) e l'annuncio del Segretario Generale il 23 novembre 1962, durante la 25ª Congregazione Generale, che chi avesse voluto intervenire sul *De Beata* desse subito il proprio nome, di fatto le cose si complicarono.

Il 24 novembre il Card. Alfredo Ottaviani, Presidente della Commissione Dottrinale, confidava al Segretario di essa, p. Sebastiano Tromp, di aver indicato come relatore sullo schema *De Beata* l'Arcivescovo di Québec, Mons. Roy.¹

Ma l'indomani, 25 novembre, il Segretario Generale del Concilio, Mons. Pericle Felici, comunica al Card. Ottaviani, a nome del Segretario di Stato, un cambiamento d'ordine nelle discussioni in aula:

«Eadem die 25 Nov.

Vespere hora 6.30-7.45... venit apud Em.mum Cardinalem Secretarius Generalis, qui nomine Em.mi Card. Secr. Status, dixit melius esse post disceptationem *de Ecclesiae unitate* agere non *de B.M.V.* sed de Schemate *de Ecclesia*. Em.mus Card. Ottaviani opposuit tempus non suffice-

¹ ASV, *Conc. Vat. II*, Busta 790: S. TROMP, *Diarium Secretarii Commissionis Doctrinalis*, Registro IV, (da ora in avanti senza più numerazione di fogli, ma solo con la data posta ad occhio, al centro alto del foglio). Lo citerò abbreviato come prima, cioè: TROMP, *Diarium...*, seguito dal numero del Registro e la data. 23-25 Nov. 1962: «Em.mus Cardinalis mecum communicat se indicasse ad relationem pro Schemate *de B.M.V.* Archiepiscopum Quebecensem Mgr Roy».

re ut ageretur *de Ecclesia*, et si ageretur *de B.M.V.* Papam probabiliter satisfactionem habiturum, de saltem una Constitutione approbata. Accedere, quod Episcopi non tempus sufficiens habere ut studio subicere (*sic*) schema *De Ecclesia*».²

Perciò, il 26 novembre 1962, all'inizio della 27^a Congregazione Generale, il Segretario Mons. Pericle Felici comunicava ai Padri conciliari il cambiamento d'ordine:

«Communico pariter haec. Expleta discussione de constitutione *de instrumentis communicationis socialis*, tractabitur decretum *Ut unum sint*, quod erit quasi praeludium alius constitutionis. Multi enim Patres enixe flagitaverunt ut iam in hac prima periodo studium fieret constitutionis dogmaticae *De Ecclesia*. Quapropter post decretum *Ut unum sint* incipiet relatio et discussio constitutionis dogmaticae *De Ecclesia*. Constitutio *De Beata Maria Virgine Matre Dei et Matre hominum*, cum sit pars – gravissima pars – constitutionis *De Ecclesia*, cum eadem constitutione tractabitur; Maria enim consideratur tamquam membrum sanctissimum et electissimum Corporis Christi Mystici, quod est *Ecclesia*. Rogantur propterea Patres ut iam ab hac die velint sua nomina dare ad loquendum, si hoc cupiunt, circa constitutionem *De Ecclesia*.

Repeto, igitur, ad claritatem: ordo rerum tractandarum hic erit: decretum *Ut unum sint*, deinde constitutio dogmatica *De Ecclesia* et, coniuncta cum ea, constitutio dogmatica *De Beata Maria Virgine, Matre Dei et Matre hominum*».³

Di fatto, dal 1° dicembre al 7 dicembre 1962, cioè fino alla chiusura del primo periodo del Concilio, si iniziò a discutere in aula la costituzione *De Ecclesia*, preparata dalla Commissione Teologica Preparatoria. La presentò il Card. Alfredo Ottaviani; ne fu relatore il Vescovo Francesco Franić, membro della Commissione Teologica.

Gli interventi dei Padri riguardarono soprattutto il *De Ecclesia*; ma non mancarono alcuni che parlarono o soltanto del *De Beata*, o anche di esso trattando della Chiesa.⁴

² *Ibidem*.

³ *Acta Synodalia Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II*, Volumen I (*Perodus prima*), Pars III (*Congregationes Generales XIX-XXX*), Typis Polyglottis Vaticanis, 1971, p. 501-502.

⁴ Giova ricordare almeno due proposte, che riguardano l'inclusione del *De Beata* nel *De Ecclesia* dei Vescovi Adam Kozłowiecki e Franz Hengsbach (*Acta Synodalia...*, I, IV, p. 209-210. 254).

⁴⁴ ASV, *Conc. Vat. II*, Busta 779, cartella 351. Nel *Diario*, dal quale ricavò la *Relatio*, il p. Tromp si sofferma su più precisi dettagli, che tuttavia non intaccano la decisione presa con maggioranza assoluta (S.E. Ancel chiedeva i due terzi dei voti!): TROMP, *Diarium...*, IX: ASV, *Conc. Vat. II*, Busta 790, Registro IX, dal *die 1 Iunii 1964* al *9 Iunii 64-15 Iunii 1964*. L'8 giugno annota: «Die 8 Iunii 1964 fer. II... 12.04: Fit discussio de ordine. Omnibus placet ut totus tractatus finem faciat cum *Capite* de B.M.V. *Epilogus* in hunc sensum mutetur».

⁴⁵ TROMP, *Diarium...*, IX, cit., aggiunge: «Die 9 Iunii, feria III. Mane colloquium cum Mgr Philips. Apportat textum finalem de Revelatione... Apportat deinde textum finalem *de mediatione B.M.V.*, probatus quoque ab Exc.mo Parente, quocum Mgr Philips heri longum habuit colloquium».

REDACTIONES N. 50: DE B. VIRGINE ET ECCLESIA
 [De Maria ut ancilla Domini Redemptoris]

TEXTUS COMMISSIONIS
 (sed inverso modo hic a
 me dispositus)

(C/1)

Unicus sane est Mediator noster secundum absolutam verborum Apostoli significationem: «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (1 Tim. 2, 5-6).

At Mariae maternum munus hanc Christi unicam mediationem non obscurat vel minuit, sed in immensum extollit.

Omnis enim salutaris beatae Virginis influxus in homines non ex aliqua rei necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit, Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit.

(B)

Cum itaque Beata Virgo, ab aeterno una cum divi-

TEXTUS PHILIPS PRIMUS
 (5 iunii 1964)

(A)

Unicus est Mediator noster secundum absolutam verborum Apostoli significationem: «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (1 Tim. 2, 5-6).

Mariae *autem* maternum munus hanc Christi unicam mediationem nullo modo obscurat nec minuit, sed extollit.

Omnis enim salutaris Beatae Virginis influxus in homines non ex aliqua rei necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit, Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit; *directam vero unionem creditis cum Christo in uno corpore nullo modo impedit sed fovet.*

(B)

Cum itaque Beata Virgo ab aeterno una cum divi-

TEXTUS PHILIPS ULTIMUS
 (9 iunii 1964)

(A)

Unicus est Mediator noster secundum absolutam verborum Apostoli significationem: «Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus» (1 Tim. 2, 5-6).

Mariae *autem* maternum munus hanc Christi unicam mediationem nullo modo obscurat nec minuit, sed extollit.

Omnis enim salutaris Beatae Virginis influxus in homines non ex aliqua rei necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit, Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit; *directam vero unionem creditis cum Christo in uno corpore nullo modo impedit sed fovet.*

(B)

Cum itaque Beata Virgo ab aeterno una cum divi-

ni Verbi incarnatione tamquam mater Dei et mater hominum praedestinata, divinae providentiae consilio, his in terris pro Christo Redemptore fuerit generosa et humilis «ancilla Domini» (vel: generosa socia), hanc ob causam mater gratiae nobis exstitit.

ni Verbi incarnatione tanquam Mater Dei et mater hominum praedestinata, divinae Providentiae consilio, his in terris pro Christo Redemptore fuerit *generosa et humilis* «*ancilla Domini*», hanc ob causam mater nobis in ordine gratiae exstitit.

ni Verbi incarnatione tamquam Mater Dei et Mater hominum praedestinata, divinae Providentiae consilio, his in terris pro Christo Redemptore fuerit *humilis* «*ancilla Domini*» et *singulariter prae aliis generosa socia*, hanc ob causam mater nobis in ordine gratiae exstitit.

Christum concipiendo, generando, alendo, in templo Patri offerendo, Filioque suo in cruce morienti compatiendo, operi Salvatoris singulari prorsus modo cooperata est, oboedientia, fide et flagrante caritate, ad vitam animarum supernaturalem restaurandam.

Christum concipiendo, generando, alendo, in templo Patri offerendo, Filioque suo in cruce morienti compatiendo, operi Salvatoris singulari prorsus modo cooperata est, oboedientia, fide et flagrante caritate, ad vitam animarum supernaturalem restaurandam.

Si enim, in quantum Christi sumus, comparticipes facti sumus Eius virtutis Eiusque servitii pro hominibus, hoc in Maria, Matrefidelium, in qua totum Ecclesiae munus praefiguratur et anticipatur, singulari modo impletum est.

(C)

Sic eius in ordine gratiae cooperatio et mediatio (vel: *in ordine gratiae maternitas*) indesinenter perdurat, inde a consensu quem in initio divinae redemptionis consilio praebuit, quemque sub

(C)

Eius autem *in gratiae oeconomia maternitas* indesinenter perdurat, inde a consensu quem in Annuntiatione fideliter praebuit, quemque sub cruce incunctanter sustinuit usque ad perpe-

(C)

Eius autem *in gratiae oeconomia maternitas* indesinenter perdurat, inde a consensu quem in Annuntiatione fideliter praebuit, quemque sub cruce incunctanter sustinuit, usque ad perpe-

cruce incunctanter sustinuit usque ad perpetuam omnium electorum consummationem.

... et a Filio suo ne in coelesti Jerusalem quidem divulsa est, quippe quae non desinit intercessionem suam aeternae salutis dona nobis conciliare. Nam Virgo, regnum beatitudinis ingressa, munus suum in mysterio salutis hominum non deposuit.

Materna sua caritate de filiis suis adhuc peregrinantibus et contra peccatum luctantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur.

Ecclesia etenim nullam mediationem inter Deum et homines agnovit, quae non ab unico Mediatore Christo pendeat aut Eiusdem mediationi quidquam adiiciat.

tuam omnium electorum consummationem.

In coelis enim assumpta salutiferum hoc munus non deposuit, sed *multipliori* intercessionem suam *mirum in modum* pergit in aeternae salutis donis nobis conciliandis.

Materna sua caritate *de fratribus Filii sui* adhuc peregrinantibus et contra peccatum luctantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur.

(D)

Tale autem munus Mariae Ecclesia profiteri non dubitat, iugiter experitur et fidelium cordi commendat, ut hoc materno fulti praesidio, Mediatori ac Salvatore intimius adhaereant.

tuam omnium electorum consummationem.

In coelis enim assumpta salutiferum hoc munus non deposuit, sed *multipliori* intercessionem suam *mirum in modum* pergit in aeternae salutis donis nobis conciliandis.

Materna sua caritate *de fratribus Filii sui* adhuc peregrinantibus et contra peccatum luctantibus curat, donec ad felicem patriam perducantur.

Propterea B. Maria Virgo in Ecclesia, praeterquam aliis, etiam titulo Mediatricis condecorari consuevit.

Quod tamen ita intelligendum est, ut *dignitati et efficacitati Christi* unius Mediatoris nihil *deroget*, nihil *superaddat*.

(D)

Tale autem munus Mariae Ecclesia profiteri non dubitat, iugiter experitur et fidelium cordi commendat, ut hoc materno fulti praesidio Mediatori ac Salvatore intimius adhaereant.

Una lettura comparata ci mostra come Philips sia riuscito a meglio sottolineare, in tema di mediazione mariana, il diretto rapporto di Maria tanto con Cristo quanto con la Chiesa dei fedeli.

Il primo rapporto pone Maria “*come humilis ‘ancilla Domini’ et ... generosa socia*” di Cristo, risaltando i momenti salienti della sua cooperazione, che dall’Annunciazione la portano al Calvario, ed evidenziando i tratti interiori del suo agire (*obbedienza* [Ireneo], *fede* [Ireneo/Philips], *ardente carità* [Parente]), con l’identica finalità del Figlio: “*ad vitam animarum supernaturalem restaurandam*” (Parente).

Il secondo rapporto – ecclesiale – la pone in una situazione di singolarità rispetto ad ogni altro santo e ad ogni altra creatura: “*singulariter prae aliis*”. In quest’inciso bellissimo, Philips riassume nell’ultimo testo ciò che più lungamente aveva sviluppato nel secondo testo, mettendo a confronto i fedeli e la Chiesa con Maria, che della Chiesa è figura e compimento.

E finalmente – bene o male? – è entrato nel capitolo sulla B.V.M. anche il titolo “*mediatrix*”, non con terminologia teologica, ma in quanto a lei tributato dalla Chiesa, nel senso spiegato di totale dipendenza dall’unica mediazione di Cristo, e con la precisa finalità di congiungere direttamente e più intimamente i fedeli al loro Mediatore e Salvatore.

Il 9 giugno dunque Philips consegnò il testo ultimato al p. Tromp, che il 16 giugno lo trasmise al Segretario generale del Concilio, Mons. Pericle Felici, per la Commissione di coordinamento;⁴⁶ la lettera accompagnatoria del Card. Ottaviani porta la data del 20 giugno 1964.⁴⁷

La Commissione di coordinamento esaminò il capitolo nella Sessione XV, il pomeriggio del 26 giugno 1964. Il Card. Agagianian, relatore, «loda il capitolo ultimo, sulla Madonna: nota positivamente l’invito e la libertà ai Teologi di continuare ad approfondire gli studi sulla Madonna. Consiglia, perciò, di far stampare i testi e di inviarli ai Padri insieme agli altri capitoli dello schema *De Ecclesia*». Nonostante qualche perplessità sul titolo di Mediatrix, i Cardinali convennero di non mutare il testo.⁴⁸

⁴⁶ TROMP, *Diarium...*, IX, cit., 16 Iun. 1964 - 30 Iun. 1964.

⁴⁷ *Acta Synodalia...*, V, II, p. 555 (il testo trasmesso del *Caput ultimum seu epilogus “De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae”*, p. 563-568 [textus], 568-569 [notae]).

⁴⁸ *Ibidem*, p. 634-635.

L'intero *Schema constitutionis De Ecclesia*, per ordine di Paolo VI, fu inviato a tutti i Padri conciliari nel mese di luglio 1964, compreso il capitolo VIII, *De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae*, redatto in duplice colonna: *Textus prior* (= textus Sub-commissionis) e *Textus emendatus* (= textus Commissionis doctrinalis), corredato di Note, di una Relazione sui singoli numeri e di una Relazione generale.⁴⁹ La *Relatio generalis* espone, in breve, come è stato redatto dalla Sottocommissione deputata dalla Commissione Dottrinale il nuovo capitolo sulla B.V.M., il quale fu poi discusso ed emendato dalla Commissione Dottrinale e collocato ormai definitivamente come ultimo capitolo della costituzione *De Ecclesia*. Le *Relationes de singulis numeris* riassumono invece il lavoro tanto della Sottocommissione quanto della Commissione Dottrinale, e presentano il capitolo punto per punto nel significato che ad esso è stato intenzionalmente impresso nella lunga stesura e revisione del testo.

Prima di presentare la *Relatio generalis* della Commissione Dottrinale e le *Relationes de singulis numeris*, edite insieme col testo, e la *Relatio* pronunciata in Concilio dal vescovo M. Roy, relatore del capitolo VIII, è assolutamente necessario avere sotto gli occhi il testo edito della Commissione Dottrinale, con indicazione esatta delle pagine e delle righe: su di esso infatti vertono gli interventi orali e scritti dei Padri conciliari, gli emendamenti successivi della Commissione Dottrinale e gli ultimi ritocchi del capitolo VIII.

⁴⁹ SACROSANCTUM OECUMENICUM CONCILIUM VATICANUM SECUNDUM, *Schema Constitutionis De Ecclesia* (sub secreto), Typis Polyglottis Vaticanis 1964. Consta di 220 pagine. Il Caput VIII (vel Cap. VII), *De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae*, p. 197-218: Il testo in duplice colonna: p. 197-207; le note: p. 208-209; la *Relationes de singulis numeris*: p. 210-217; la *Relatio generalis*: p. 218. – Riedizione del Capitolo VIII in *Acta Synodalia ...*, III, I, p. 353-374, con questa sequenza: 353-364 (testo a due colonne); 364-366 (note); 366-373 (relazione sui singoli numeri); 374 (relazione generale).

Il fascicolo, che porta l'autorizzazione di trasmissione ai Padri conciliari del 3 luglio, con la firma del Card. Amleto Cicognani: «Ss. mus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia hac die infrascripto impertita, statuere dignatus est ut hoc schema, de quo in Concilio Oecumenico Vaticano Secundo deliberabitur, ad eiusdem Concilii Patres transmitteretur. Ex Aedibus Vaticanis, die III mensis Iulii, anno MCMLXIV. HAMLETUS IOANNES Card. CICOGNANI a publicis Ecclesiae negotiis», di fatto fu finito di stampare entro il 16 luglio (TROMP, *Diarium...*, IX, cit., 12 Iul. - 20 Iul. 1964), e quindi spedito ai Padri conciliari verso la fine di luglio 1964.

Nel testo, per chiarezza, enumero a lato le pagine dell'edizione vaticana e in esponente le righe.

6.2. *Textus Commissionis doctrinalis* (= Textus emendatus)

CAPUT VIII
(vel Cap. VII)

DE BEATA MARIA VIRGINE DEIPARA
IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE

52. (olim n. 48). PROOEMIUM

p. 197 ¹[*De B. Virgine in mysterio Christi*] (A). ²Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi re-³demptionem complere volens, «ubi venit ple-⁴nitudo temporis, misit Filium suum, factum ⁵ex muliere, ... ut adoptionem filiorum recipe-⁶remus» (Gal. 4, 4). «Qui propter nos homi-⁷nes et propter nostram salutem descendit de ⁸coelis, et incarnatus est de Spirítu Sancto ex ⁹María Virgine» (1). Quod salutis divinum ¹⁰mysterium nobis revelatur et continuatur in ¹¹Ecclesia, quam Dominus ut corpus suum con-¹²stituit, et in *qua* fideles *Christo Capiti adhae-¹³rentes* atque cum omnibus sanctis Eius com-¹⁴municantes, memoriam etiam venerentur opor-¹⁵tet «in primis gloriosae semper Virginis Ma-¹⁶riae, Genitricis Dei et Domini nostri Iesu ¹⁷Christi» (2).

p. 198 ¹⁸[*De B. Virgine et Ecclesia*] (B). Virgo ¹⁹enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum ²⁰Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo ²¹protulit, ut vera Mater Dei ac Redemptoris ²²agnoscitur et honoratur. A Filio suo sublimiore ²³modo redempta Eique arcto et indissolubili ²⁴vinculo unita, *hoc summo munere ac dignitate* ²⁵ditatur ut sit Genitrix Dei Filii, *ideoque* prae-²⁶dilecta filia Patris *nec non* sacrarium Spiritus ²⁷Sancti, quo eximiae gratiae dono omnibus aliis ²⁸creaturis, coelestibus et terrestribus, longe an-²⁹tecellit. Simul autem cum omnibus hominibus ¹salvandis in stirpe Adam invenitur coniuncta, ²immo «cooperata est caritate ut fideles in Ec-³clesia nascerentur, qui huius Capitis membra ⁴sunt» (3). Quapropter etiam ut supereminens ⁵prorsusque singulare membrum Ecclesiae nec-⁶non eius in fide et caritate typus et exemplar ⁷spectatissimum salutatur eamque Catholica ⁸Ecclesia, a Spirítu Sancto edocta, filiali pietatis ⁹affectu se prosequi semper professa est.

¹⁰[*Intentum Concilii*] (C). Ideo Sacrosan-¹¹cta Generalis Synodus, doctrinam De Ecclesia, ¹²in qua divinus Redemptor salutem operatur, ¹³exponens, illustrare sedulo intendit tum munus ¹⁴Beatae Virginis in mysterio Incarnati Verbi et ¹⁵Corporis Mystici, tum hominum redemptorum ¹⁶officia erga Deiparam, matrem Christi et fide-¹⁷lium, quin tamen in animo habeat completam ¹⁸de Maria proponere doctrinam, neque quae-¹⁹stiones labore theologorum nondum ad ple-²⁰nam lucem perductas dirimere. Servantur itaque ²¹in suo iure sententiae, quae in scholis ca-²²tholicis libere proponuntur de Illa, quae in ²³Sancta Ecclesia locum occupat post Christum ²⁴altissimum nobisque maxime propinquum (4).

53. (olim n. 49). DE MUNERE B. VIRGINIS IN OECONOMIA SALUTIS
(A)

p. 199 ²⁶[*De Matre Messiae in Vetere Testamento*] ²⁷(B). Sacrae Litterae Veteris Novique Testamen-²⁸ti et veneranda Traditio munus Matris Salva-²⁹toris in salutis oeconomia modo magis magis-³⁰que dilucido describunt et veluti conspicien-³¹dum proponunt. Et quidem ab initio histo-³²riae salutis in libris Veteris Testamenti descrip-³³tae, qua Christi in mundum adventus lento ³⁴gradu praeparatur, clarius pedetentim in apri-³⁵cum profertur figura Mulieris, matris Redempto-³⁶ris, si primaeva documenta, *ut oportet*, sub ³⁷luce ulterioris et plenae reationis conside-¹rantur, qualiter in Ecclesia leguntur. Ita iam ²propheticè *adumbratur* in promissione, lapsis ³in peccatum primis parentibus data, de victo-⁴ria super serpentem (cf. Gen. 3, 15). Haec ⁵est Virgo quae concipiet et pariet Filium, cuius ⁶nomen vocabitur Emmanuel (Is. 7, 14; Mt. 1, ⁷22-23; cf. Michea, 5, 2-3). Ipsa praecellit in-⁸ter humiles ac pauperes Domini, qui salutem ⁹cum fiducia ab Eo sperant et accipiunt. *Cum* ¹⁰Ipsa tandem, post diuturnam expectationem ¹¹promissionis, complentur tempora et nova ¹²instauratur Oeconomia, quando Filius Dei hu-¹³manam naturam assumpsit, ut mysteriis carnis ¹⁴suae hominem a peccato liberaret.

¹⁸[*De Maria in Annuntiatione*] (C). *Voluit* ¹⁹autem misericordia-
rum Pater, ut acceptatio ²⁰*praedestinatae matris incarnationem prae-*
cedere-²¹*ret, ut sic, quemadmodum femina contulit ad* ²²*mortem, ita*
etiam conferret ad vitam. Quoniam ²³*autem Beatissima Virgo haud*
minor poterat ²⁴*esse quam Dei Matrem decebat* (5), mirum non
²⁵*est apud Sanctos Patres usum invaluisse quo* ²⁶*Deiparam appella-*

p. 200
 runt totam sanctam et ab ²⁷omni peccato naevo seu labe immunem, quasi ²⁸a Spiritu Sancto plasmata novamque creatu-²⁹ram formatam (6). *Singularis prorsus* sanctita-³⁰tis splendoribus a primo instante suae concep-³¹tionis ditata, Nazarethana Virgo ab Angelo ³²nuntiante, Dei mandato, ut «gratia plena» ³³salutatur (cf. Lc. 1, 28), et coelesti nuntio ipsa ³⁴respondet: «Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ³⁵secundum verbum tuum» (Lc. 1, 38). Ita ³⁶Maria, filia Adam, verbo divino consentiens, ³⁷facta est mater Iesu, unci Mediatoris, ac sal-³⁸vificam voluntatem Dei, pleno corde et nullo ³⁹retardata peccato, complectens, semetipsam ut ⁴⁰Domini ancillam personae et operi Filii sui ⁴¹totaliter devovit, sub Ipso et cum Ipso, omni-¹potentis Dei gratia, mysterio redemptionis in-²serviens. Merito igitur SS. Patres Mariam non ³mere passive a Deo adhibitam, sed libera fide ⁴et oboedientia humanae saluti cooperantem ⁵cebant. Ipsa enim, ut ait S. Irenaeus, ⁶«oboediens et sibi et universo generi humano ⁷causa facta est salutis» (7). Unde Patres an-⁸tiqui in praedicatione sua asserere solebant: ⁹«Hevae inoboedientiae nodum solutionem ac-¹⁰cepisse per oboedientiam Mariae; quod alliga-¹¹vit virgo Heva per incredulitatem, hoc virgi-¹²nem Mariam solvisse per fidem» (8); «per vir-¹³ginem Hevam mortem, per Virginem vel de ¹⁴virgine Maria vitam apparuisse» (9), et com-¹⁵paratione cum Heva instituta, Mariam «ma-¹⁶trem viventium» appellare (10), et quasi in ¹⁷proverbium proferre: «mors per Hevam, vita ¹⁸per Mariam» (11).

¹⁹[*De B. Virgine et Iesu infante*] (D). Haec ²⁰autem Matris cum Filio in opere salutari con-²¹iunctio a tempore virginalis conceptionis Chri-²²sti ad Eius usque mortem manifestatur; in pri-²³mis quidem cum Maria, exurgens cum festina-²⁴tionem ad visitandam Elisabeth, ab ea ob fidem ²⁵suam in salutem promissam beata salutatur ²⁶et praecursor in sinu matris sanctificatur ²⁷(cf. Lc. 1, 41-45); in nativitate vero, cum Dei-²⁸para Filium suum primogenitum, qui virgina-²⁹lem eius integritatem non minuit sed sacra-³⁰vit (12), pastoribus et Magis laetabunda osten-³¹dit. Cum vero Eum in templo, dono pauperum ³²oblato, Domino praesentavit, audivit Simeon-³³nem simul praenuntiantem Filium futurum ³⁴contradictionis signum et matris animam gla-³⁵dium pertransiturum, ut revelarentur ex mul-³⁶tis cordibus cogitationes (cf. Lc. 2, 34-35). *Pue-³⁷rum Iesum deperditum ac cum dolore quaesi-³⁸tum, parentes eius in templo invenerunt in his ³⁹quae Patris Eius erant occupatum; verbaque ⁴⁰Eius non intellexerunt, sed mater Eius omnia ⁴¹haec in corde suo meditabunda conservabat* ⁴²(cf. Lc. 2, 41-51).

p. 201 ¹[*De B. Virgine in ministerio publico Iesu*] ²(E). Durante vita publica Iesu, Mater Eius si-³gnanter apparet, in initio quidem, cum ad nup-⁴tias in Cana Galilaeae, misericordia permota, ⁵primum signum effusionis gratiae messianicae ⁶intercessione sua induxit (cf. Io. 2, 1-11). In ⁷decursu praedicationis Eius accepit verba, qui-⁸bus Filius, Regnum ultra rationes et vincula ⁹carnis et sanguinis extollens, audientes et cu-¹⁰stodientes verbum Dei, sicut ipsa fideliter fa-¹¹ciebat (cf. Lc. 2, 19 et 51), beatos proclamavit ¹²(cf. Mc. 3, 35 par. Lc. 11, 27-28). Maxime ¹³vero Matris cum Filio indesinens unio tunc eni-¹⁴tuit, cum iuxta crucem non sine divino con-¹⁵silio stetit (cf. Io. 19, 25), vehementer cum ¹⁶Unigenito suo condoluit, sacrificio Eius se ma-¹⁷terno animo sociavit, victimae de se genitae ¹⁸immolationi amanter consentiens; cumque de-¹⁹um ab eodem Christo Iesu in cruce moriente ²⁰uti mater discipulo, fidelium figurae, data est ²¹(cf. Io. 19, 26-27) (13).

²²[*De B. Virgine post Ascensionem Iesu*] ²³(F). Cum vero Deo pla-
cuerit humanae salutis ²⁴sacramentum non ante *manifestare* quam pro-²⁵missum a Christo Spiritum effunderet, *Aposto-²⁶los videmus ante diem Pentecostes «perseve-²⁷rantes unanimiter in oratione cum mulieribus, ²⁸et Maria matre Iesu et fratribus Eius»* (Act. ²⁹1, 14), Mariam quoque precibus *suis* implo-³⁰rantem donum Spiritus, qui in Annuntiatione ³¹ipsam iam obumbraverat. Denique Immacu-³²lata Virgo, *ab omni originalis culpa labe prae-³³servata immunis* (14), expleto terrestri vitae ³⁴cursu, corpore et anima ad coelestem gloriam ³⁵assumpta est (15), ac *tanquam universorum ³⁶Regina a Domino exaltata*, ut plene conforma-³⁷retur Filio suo, Domino dominantium (cf. ³⁸Apoc. 19, 16) ac peccati mortisque victori (16).

54. (olim n. 50). DE B. VIRGINE ET ECCLESIA

p. 202 ¹[*De Maria ut ancilla Domini Redemptoris*] ²(A). Unicus est Mediator noster secundum ab-³solutam verborum Apostoli significationem: ⁴«Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et ⁵hominum, homo Christus Iesus, qui dedit re-⁶demptionem semetipsum pro omnibus» (1 ⁷Tim. 2, 5-6). Mariae autem maternum munus ⁸hanc Christi unicam mediationem nullo modo ⁹obscurat nec minuit, sed extollit. Omnis enim ¹⁰salutaris Beatae Virginis influxus in homines ¹¹non ex aliqua rei necessitate, sed ex benepla-¹²cito divino exoritur et ex superabundantia me-¹³ritorum Christi profluit, Eius mediationi inni-¹⁴titur, ab illa omnino dependet, ex eademque

¹⁵totam virtutem haurit; *directam vero unionem* ¹⁶*credentis cum Christo in uno corpore nullo* ¹⁷*modo impedit sed fovet.*

¹⁸(B) Cum itaque Beata Virgo ab aeterno una ¹⁹cum divini Verbi incarnatione tamquam Mater ²⁰Dei et Mater hominum praedestinata, divinae ²¹Providentiae consilio, his in terris pro Christo ²²Redemptore fuerit humilis «ancilla Domini» ²³*et singulariter prae aliis* generosa socia, hanc ²⁴ob causam mater nobis *in ordine* gratiae ex-²⁵stitit. *Christum concipiendo, generando, alen-*²⁶*do, in templo Patri of-*
ferendo, Filioque suo ²⁷*in cruce morienti compatiendo, operi Salva-*
²⁸*toris singulari prorsus modo cooperata est, oboe-*²⁹*dientia, fide et*
*flagrante caritate, ad vitam ani-*³⁰*marum supernaturalem restauran-*
dam.

³¹(C) Eius autem in gratiae *oeconomia mater*³²*nitatis* indesinenter perdurat, inde a consensu ³³quem in Annuntiatione fideliter praebuit, quem³⁴que sub cruce incunctanter sustinuit, usque ³⁵ad perpetuam omnium electorum consumma-³⁶tionem. *In coelis enim assumpta salutiferum* ³⁷*hoc munus non deposuit, sed multiplici inter-*
³⁸*cessione sua mirum in modum pergit in aeter-*³⁹*nae salutis donis no-*
p. 203 *bis conciliandis* (17). Ma-⁴terna sua caritate *de fratribus Filii sui* adhuc ²peregrinantibus et contra peccatum luctantibus ³curat, donec ad felicem patriam perducantur. ⁴*Propterea B. Maria Virgo in Ecclesia, praeter*⁵*quam aliis, etiam titulo Mediatricis condecorari consuevit.* Quod tamen ita intelligendum ⁷est, ut *dignitati et effica-*
citati Christi unius ⁸Mediatoris nihil *deroget*, nihil *superaddat* (18).

⁹(D) *Tale autem munus Mariae Ecclesia pro-*¹⁰*fiteri non dubitat, iugiter experitur et fidelium* ¹¹*cordi commendat, ut hoc materno ful-*
*ti praesi-*¹²*dio Mediatori ac Salvatore intimius adhae-*¹³*reant.*

¹⁴[*De Maria, Ecclesiae typo ut Virgine et* ¹⁵*Matre*] (E). Beata autem Virgo divinae mater¹⁶nitatis dono et munere, quo cum Filio Redemp-¹⁷tore unitur, suisque singularibus *gratiis et mu-*¹⁸*neribus*, etiam cum Ecclesia intime coniungi¹⁹tur: Deipara, ut iam docebat S. Ambrosius, ²⁰est Ecclesiae typus *in ordine fidei, caritatis et* ²¹*per-*
fectae cum Christo unionis (19). In myste-²²rio enim Ecclesiae, quae iure mater vocatur ²³et virgo, Beata Virgo Maria praecessit, emi-
²⁴nenter et singulariter tum virginis tum matris ²⁵exemplar praebens (20). Credens enim et oboe-²⁶diens, ipsum Filium Patris in terris genuit, ²⁷et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obum-²⁸brata, tamquam nova Heva, non serpenti an-²⁹tiquo, sed Dei nuntio prae-

stans fidem, nullo ³⁰dubio adulteratam. Filium autem peperit, quem ³¹Deus posuit primogenitum in multis fratribus ³²(Rom. 8, 29), fidelibus nempe, ad quos gignen-³³dos et educandos materno amore cooperatur.

p. 204 ³⁴Iamvero Ecclesia, eius arcanam sanctitatem ³⁵contemplans et caritatem imitans, voluntatem-³⁶que Patris fideliter adimplens, per verbum Dei ³⁷fideliter susceptum et ipsa fit mater: praedica-³⁸tione enim ac baptismo filios, de Spiritu Sancto ³⁹conceptos et ex Deo natos, ad vitam novam et ⁴⁰immortalem generat. Et ipsa est virgo, quae ⁴¹fidem Sponso datam integre et pure servat, et ¹imitans Domini sui matrem, quoniam cor-²pore non potuit, mente tamen et mater est et ³virgo» (21).

⁴[De Mariae virtutibus, ab Ecclesia imi-⁵tandis] (F). Dum autem Ecclesia in Beatissima ⁶Virgine ad perfectionem iam attingat, qua sine ⁷macula et ruga existit (cf. Eph. 5, 27), Christi-⁸fideles nituntur, ut devincentes peccatum in ⁹sanctitate crescant; ideoque oculos suos ad ¹⁰Mariam attollunt, quae toti electorum commu-¹¹nitati tamquam exemplar virtutum prae-fulget. ¹²Ecclesia de Ea pie recogitans Eamque in lumi-¹³ne Verbi hominis facti contemplans, in sum-¹⁴mmum incarnationis mysterium venerabunda ¹⁵penitius intrat, Sponsoque suo magis magisque ¹⁶conformatur. Maria enim, quae, in historiam ¹⁷salutis intrinsecus ingressa, maxima fidei pla-¹⁸cita in se quodammodo unit et reverberat, cum ¹⁹praedicatur, ad Filium suum Eiusque sacrifi-²⁰cium atque ad amorem Patris credentes ad-²¹cat. Ecclesia vero, gloriam Christi prosequens, ²²prae-celsae suae Figurae similior efficitur, con-²³tinuo progrediens in fide, oboedientia, caritate, ²⁴patientia, imprimis autem in divina voluntate ²⁵exquirenda et obsequenda.

55. (olim n. 51). DE CULTU BEATAE VIRGINIS IN ECCLESIA

p. 205 ²⁶[De natura et fundamento cultus] (A). ²⁷Maria, per gratiam Dei post Filium prae omni-²⁸bus angelis et hominibus exaltata, utpote Dei ²⁹Mater, quae mysteriis Christi non adfuit tan-³⁰tum, sed interfuit, speciali cultu ab Ecclesia ³¹merito honoratur. Et sane ab antiquissimis tem-³²poribus Beata Virgo sub titulo «Deiparae» ³³colitur, sub cuius praesidium fideles in cunctis ³⁴periculis suis deprecantes confugiunt (22). Inde ³⁵praesertim ab Ephesina Synodo cultus po-³⁶puli Dei erga Mariam mirabiliter crebruit in ³⁷veneratione et dilectione, in invocatione et imi-¹tatione, secundum ipsius verba

prophetica: ²«Beatam me dicent omnes generationes, quia ³fecit mihi magna qui potens est» (Lc. 1, 48). ⁴Qui quidem cultus, prout in Ecclesia semper ⁵exstitit, singularis omnino quamquam est, essentialiter differt a cultu adorationis, qui Verbo ⁷incarnato aequae ac Patri et Spiritui Sancto ⁸exhibetur, eidemque potissimum favet. Varias ⁹enim formas pietatis erga Dei Genitricem, quas ¹⁰Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae do-¹¹ctrinae, pro temporum et locorum conditioni-¹²bus et pro indole ingenioque fidelium approba-¹³vit, id efficiunt ut, dum Mater honoratur, Fi-¹⁴lius, propter quem omnia (cf Col. 1, 15-16) ¹⁵et in quo aeterno Patri complacuit omnem ple-¹⁶nitudinem inhabitare (Col. 1, 19), rite nosca-¹⁷tur, ametur, glorificetur, Eiusque mandata ser-¹⁸ventur. Et per Christum, qui «via et veritas et ¹⁹vita» est (Io. 14, 6), homines ad Dei Patris ²⁰cognitionem supremamque adorationem per-²¹ducuntur.

²³[De spiritu praedicationis et cultus] (B). ²⁴Hanc catholicam doctrinam Sacrosancta Syno-²⁵dus consulto docet, simulque omnes Ecclesiae ²⁶filios admonet, ut *cultum catholicum, praeser-²⁷tim liturgicum, erga Beatam Virginem genero-²⁸se foveant*, praxes autem et exercitia pietatis ²⁹erga Eam saeculorum cursu a Magisterio com-³⁰mendata magni faciant et ea quae anteactis tem-³¹poribus de cultu imaginum Christi, Beatae Vir-³²ginis et Sanctorum decreta fuere, religiose ser-³³vent (23). Theologos autem verbique divini ³⁴praecones enixe exhortatur, ut ab omni falsa ³⁵superlatione, quemadmodum et a nimia men-³⁶tis angustia, in singulari Deiparae dignitate ³⁷consideranda sedulo abstineant (24). Studium ³⁸Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum Eccle-³⁹siaeque Doctorum sub ductu Magisterii exco-⁴⁰lentes, recte illustrent munera et privilegia Bea-⁴¹tae Virginis, quae semper Christum spectant, ⁴²totius veritatis, sanctitatis et pietatis originem. ¹In proponenda veritate talia adhibeant verba, ²quae Beatam Virginem nullatenus Filio suo ³aequalem, Eam tamen, Deo sic volente, Filio ⁴suo inter omnes Sanctos simillimam praedicent. ⁵*Sedulo arceant quaecumque sive in dic-⁶tis sive ⁶in factis fratres seiunctos in errorem circa ve-⁷ram Ecclesiae doctrinam inducere possent*. Me-⁸minerint porro fideles veram devotionem neque ⁹in *sterili et transitorio* affectu, neque in vana ¹⁰quadam credulitate consistere, sed a vera fide ¹¹procedere, qua ad Dei Genitricis excellentiam ¹²agnoscendam adducimur, et ad filialem erga ¹³Matrem nostram amorem eiusque virtutum ¹⁴imitationem excitamur.

56. (olim nn. 53-52). MARIA, SIGNUM CERTAE SPEI ET SOLATII
PEREGRINANTI POPULO DEI

¹⁵(A) Interim autem Mater Iesu, quemad-¹⁶modum in caelis corpore et anima iam glori-¹⁷ficata, imago et initium est Ecclesiae in futuro ¹⁸saeculo consummandae, ita his in terris, quoad-¹⁹usque advenerit dies Domini (cf. 2 Pt. 3, 10), ²⁰tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti populo Dei praelucet.

²²(B) Sacrosanctae huic Generali Synodo ma-²³gnum affert gaudium et solatium, etiam inter ²⁴fratres separatos non deesse, qui Matri Domini ²⁵ac Salvatoris debitum afferunt honorem, spe-²⁶ciatim apud Orientales, qui ad cultum Deipa-²⁷rae semper Virginis fervido impulsu ac devoto ²⁸animo concurrunt (25). Universi christifideles ²⁹supplicationes instantes ad Matrem Dei et Ma-³⁰trēm hominum effundant, ut Ipsa, quae primi-³¹tiis Ecclesiae precibus suis adstitit, nunc quo-³²que in omnium Sanctorum Communionē apud ³³Filium suum intercedat, donec cunctae fami-³⁴liae populorum, sive christiano nomine deco-³⁵rantur, sive Salvatorem suum adhuc ignorant, ³⁶cum pace et concordia in unum Populum Dei ³⁷feliciter congregentur.

p. 207 ⁸Virgo igitur FIDELIS, intercessione sua ⁹apud Filium, augeat in nobis fidem et spem ¹⁰futurorum bonorum exemploque suo nos erigat ad caelestia desideria. Virgo POTENS, quae ¹²«serpentis caput virgineo pede contrivit» (26), ¹³obtineat nobis fortitudinem in bello contra ¹⁴antiquum serpentem. Virgo PRUDENS, quae ¹⁵Domini in carnem adventus fuit testis et mini-¹⁶stra, impetret nobis in huius mundi tenebris ¹⁷vigilantiam, dum adventum Christi exspectamus gloriosum. Virgo CLEMENS, quae humili-¹⁹tatis servitio et caritatis communionē Ecclesiae ²⁰praeiit eique semper praeifulget, suppliciter ²¹efflagitet, ut nos post Ipsam ardorem apostoli-²²cum pro gloria Filii sui et mundi vita incunctanter expleamus, donec Ecclesia, quae in um-²⁴bra et tribulatione longe peregrinatur a Domino, demum ad nuptias Dei et Agni in luce ²⁶et gaudio perveniat.

NOTAE

Ad n. 52.

(1) *Credo* in Missa Romana: Symbolum Constantinopolitanum: MANSI 3,566. Cf. Conc. Ephesinum, ib. 4,1130 (necnon ib. 2,665 et 4,- 1071); CONC. CHALCEDONENSE, ib. 7, 111-116; *Conc. Constantinopolitanum* II, ib. 9, 375-396.

(2) *Canon Missae Romanae.*

(3) S. AUGUSTINUS, *De S. Virginitate*, 6: PL 40, 399.

- (4) Cf. PAULUS PP. VI, *Allocutio in Concilio*, die 4 dec. 1963: AAS 56 (1964) p. 37.
Ad n. 53.
- (5) Cf. S. AMBROSIUS, *Epist.* 63, ad Vercell. Ecclesiam, n. 110: PL 16, 1218.
- (6) Cf. S. GERMANUS CONST., *Hom. in Annunt. Deiparae*: PG 98, 328 A; *In Dorm.* 2: col. 357. ANASTASIUS ANTIOCH., *Serm. 2 de Annunt.*, 2: PG 89, 1377 AB; *Serm.* 3,2: col. 1388 C. – S. ANDREAS CRET., *Can. in B. V Nat.*, 4: PG 97, 1321 B. *In B. V Nat.*, 1: col. 812 A. *Hom. in dorm.* 1: col. 1068 C. S. SOPHRONIUS, *Or. 2 in Annunt.*, 18: PG 87 (3), 3237 BD.
- (7) S. IRENAEUS, *Adv. Haer.* III, 22, 4: PG 7, 959 A.
- (8) S. IRENAEUS, *ibidem*.
- (9) S. CYRILLUS HIEROS., *Catech.* 12, 15: PG 33, 741 AB.
- (10) S. EPIPHANIUS, *Haer.* 78, 18: PG 42, 728 CD - 729 AB.
- (11) S. HIERONYMUS, *Epist.* 22, 21: PL 22, 408. Cf. S. AUGUSTINUS, *Serm.* 2, 3: PL 38, 335; *Serm.* 232, 2: col. 1108. S. IO. CHRYSOSTOMUS, *In Ps.* 7: PG 55, 193. S. IO. DAMASCENUS, *Hom. 2 in dorm. B. M. V.*, 3: PG 96, 728.
- (12) Cf. CONC. LATERANENSE anni 649: MANSI 10, 1151. S. LEO M., *Epist. ad Flav.*: PL 54, 759. CONC. CHALCEDONENSE: MANSI 7, 462. S. AMBROSIUS, *De instit. Virg.*: PL 16, 320.
- (13) Cf. PIUS XII, *Litt. Encycl. Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) pp. 247-248.
- (14) Cf. PIUS IX, *Bulla Ineffabilis*, 8 dec. 1854: Acta Pii IX, 1, I, p. 616.
- (15) Cf. PIUS XII, *Const. Apost. Munificentissimus*, 1 nov. 1950: AAS 42 (1950). Cf. S. IO. DAMASCENUS, *Enc. in dorm. Dei genitricis*, *Hom.* 2 et 3: PG 96, 722-762, speciatim col. 728 B. – S. GERMANUS CONSTANTINOP., *In S. Dei gen. dorm. Serm.* 1: PG 98 (3), 340-348; *Serm.* 3: col. 362. – S. MODESTUS HIER., *In dorm. SS. Deiparae*: PG 86 (2), 3277-3311.
- (16) Cf. PIUS XII, *Litt. Encycl. Ad coeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954), pp. 633-636. Cf. S. ANDREAS CRET., *Hom. 3 in dorm. SS. Deiparae*: PG 97, 1090-1109. – S. IO. DAMASCENUS, *De fide orth.*, IV, 14: PG 94, 1153-1168.
Ad n. 54.
- (17) Cf. KLEUTGEN, *textus reformatus De mysterio Verbi incarnati*, cap. IV: MANSI 53, 290. Cf. S. ANDREAS CRET., *In nat. Mariae*, sermo 4: PG 97, 865 A. S. GERMANUS CONSTANTINOP., *In ann. Deiparae*: PG 98, 322 BC. *In dorm. Deiparae*, III: col. 362 D. – S. IO. DAMASCENUS, *In dorm. B. V. Mariae*, *Hom.* 1: PG 96, 712 BC713 A.
- (18) Cf. LEO XIII, *Litt. Encycl. Adiutricem populi*, 5 sept. 1895: ASS 15 (1895-96) p. 303. S. PIUS X, *Litt. Encycl. Ad diem illum*, 2 febr. 1904: Acta, I, p. 154. – PIUS XI, *Litt. Encycl. Miserentissimus*, 8 maii 1928: AAS 20 (1928) p. 178.
- (19) S. AMBROSIUS, *Expos. Lc.* II, 7: PL 15, 1555.
- (20) Cf. PS.-PETRUS DAM., *Serm.* 63: PL 144, 861 AB. – GODEFRIDUS A S. VICTORE, *In nat. B. M.*, Ms. Paris, Mazarine, 1002, fol. 109. – GERHOLDUS REICH., *De gloria et honore Filii hominis*, 10: PL 194, 1105 AB.
- (21) S. AMBROSIUS, *l. c.* et *Expos. Lc.* X, 24-25: PL 15, 1810. – S. AUGUSTINUS, *Serm.* 191, 2, 3: PL 38, 1010. Cf. *In Io.* Tr. 13, 12: PL 35, 1499; etc. Cf. etiam ISAAC DE STELLA, *Serm.* 31: PL 194, 1863 A.
Ad n. 55.
- (22) «Sub tuum praesidium».
- (23) CONC. NICAENUM II, anno 787: MANSI 13, 378-379. CONC. TRIDENT., sess. 25: MANSI 33, 171-172.
- (24) Cf. PIUS XII, *Nuntius radioph.*, 24 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 679. *Litt. Encycl. Ad coeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 637.
Ad n. 56.
- (25) Cf. PIUS XI, *Litt. Encycl. Ecclesiam Dei*, 12 nov. 1923: AAS 15 (1923) p. 581. – PIUS XII, *Litt. Encycl. Fulgens corona*, 8 sept. 1953: AAS 45 (1953) pp. 590-591.
- (26) *Versus ad Vesperas et Laudes in festo B. V. Immaculae Conceptionis.*

6.3. La "Relatio generalis"

Dopo aver trascritto il *caput VIII – De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae* della Commissione Dottrinale, con le rispettive pagine e righe, credo utile riprodurre ambedue le relazioni, più sopra indicate, perché aiutano a leggere e interpretare in modo autentico i paragrafi e la loro progressiva redazione.

«Postquam Concilium, die 29 oct. 1963, cum parva maioritate statuit caput *de Beata Maria V.*, in Constitutione *De Ecclesia* incorporandum esse, Commissio Doctrinalis Subcommissionem erexit ad parandum textum, praedictae decisioni adaptatum. Subcommissio, composita ex membris Em.mis Santos et König, Exc. Doumith et Théas, opus huiusmodi redactionis concedidit duobus Peritis, qui utriusque «tendentiae» Patrum rationem servarent, ut quantum possibile esset, omnibus vel fere omnibus satisfactio praeberetur. Hi Periti non minus quam quinque successivas redactiones confecerunt ad finem praestitutum obtinendum. Ultima redactio typis impressa est in fasciculo *De Ecclesia. Textus propositus post discussiones mart. 1964*, p. 52 sqq. et nunc de novo proponitur ut *Textus prior*. Discussionem factam et pluribus emendationibus admissis, hic textus denique, die 6 iunii 1964, a Commissione Doctrinali approbatus est, nunc Patribus Concilii submittitur sub titulo: *Textus emendatus*.

Commissio Doctrinalis unanimiter censuit hoc caput *De B. Virgine* in Constitutione *De Ecclesia* ultimo loco esse ponendum, quia amplam materiam, in Schemate expositam, summarie in mentem reducit.

Consequenter ad praedicta, titulus ita exprimitur: *De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae*. Dicitur scilicet *Deipara* seu *Theotokos*, quia dogma de divina maternitate omnino fundamentale est, et quia appellatio illa tum in Occidente tum in Oriente in maxima veneratione habetur.

Agitur itaque de mysterio *Christi*, Verbi incarnati, ad quod mysterium omnia quae ad Beatam Virginem spectant, fontaliter pertinent. Idem autem mysterium in Ecclesia continuatur, eiusque salutiferi effectus per eam credentibus applicantur. Quapropter in titulo vox *mysterium* consulto in numero singulari ponitur. Ita iustificatur factum, quod tractatio *de B. Virgine* in Constitutione *De Ecclesia* collocatur, et quidem in fine, quasi coronidis instar, quia illa quae est Mater Dei et simul mater eorum qui «populum Dei» constituunt ac typus et exemplar Ecclesiae.

Ex collatione utriusque textus lectoribus oblatis dare apparebit imprimis initium n. 54 ubi sermo est «de Maria ut ancilla Domini Redemptoris» Commissioni doctrinali ita cordi fuisse, ut in eo daretur *optima* illa,

quam Paulus Pp. VI feliciter regnans in allocutione, die 4 dec. anni praeteriti ad Patres Concilii in aula Vaticana habita (cf. AAS 56, 1964, p. 37), sperabat *enodatio*».⁵⁰

6.4. *Le "Relationes de singulis numeris"*

Se la *Relatio generalis* traccia, per così dire, l'*iter* redazionale del capitolo sulla B.V.M., la relazione della Commissione Dottrinale sui singoli numeri ne mostra la struttura teologica e pastorale, la validità dei contenuti, la sicurezza delle fonti usate.

Relatio de n. 52, olim n. 48: Prooemium

(A) *De connexione cum Christo*. De hac agit prima alinea. Deus enim consilium suum de universalis salute – quod consilium est inde a prima pagina *thema* totius Constitutionis –, executioni mandavit mittens Filium suum «factum ex muliere», ut dicit Apostolus. Unde Symbola fidei expresse confitentur Filium Dei, qui «incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine». Quod hic solemniter repetitur, ut appareat Ecclesiam, v. g. in supremo actu communitario Missae, iure memoriam venerari «in primis... Genitricis Dei et D. N. I. C.». Totius itaque doctrinae fundamentum est incarnatio redemptiva, quacum B. Virgo intrinsecus connectitur.

(B) *De connexione cum Ecclesia*. Statim exprimitur personalis et *liber consensus*, quem B. Maria Verbo Dei in Annuntiatione praebuit, additis verbis patristicis, nempe: «corde et corpore Eum concepit» et ita «Vitam mundo protulit».

Maria dicitur a Filio suo *sublimiore modo redempta*, ne ipsa extra ordinem redemptionis censeatur, sed ut arcte cum Redemptore coniuncta appareat. Evidens est autem singularis dignitas Deiparae ex contactu suo cum ipsis Personis divinis.

Beata Virgo, ut ex genealogiis evangeliorum patet, simul unitur cum hominibus in stirpe Adae peccatoris, et quidem non tantum physice, sed etiam moraliter, in quantum *ex caritate cum Redemptore cooperatur*, ut fideles in Ecclesia nascentur. Haec idea verbis S. Augustini exprimitur: mater Capitis fit etiam mater membrorum unius Corporis. Ita ipsa est membrum EcHesiae, sed supereminenter et per modum *typi*, secundum expressionem, quae inde a S. Ambrosio facta est velut classica.

⁵⁰ *Acta Synodalia...*, III, I, p. 374.

(C) *Intentum Concilii* est dogmata praecipua De Beata in contextu mysterii Christi et Ecclesiae exponere, ut promoveatur intellectio profundior; *non vero modo velut extensivo* completam de B. M. Virgine doctrinam explanare. Unde posteriores quaestiones, quae adhuc a theologis investigantur et aliquando controvertuntur, hic non dirimuntur, sed suae legitimae libertati relinquuntur. Ultima huius paragraphi verba ex *Allocutione* Pauli Pp. VI desumuntur, die 4 Dec. 1963 ad Patres Conciliares habita.

*Relatio de n. 53, olim n. 49:
De munere B. Virginis in oeconomia salutis*

(A) Hic numerus, de munere B. M. Virginis in oeconomia salutis, *primam* partem principalem constituit expositionis, quae secundum ordinem S. Scripturae et Traditionis procedit. *Secunda* pars, nec minus principalis, scilicet de relatione B. Virginis ad Ecclesiam, sub n. 54 (olim n. 50), in medium profertur. *Tertia* agit de cultu.

(B) Ordo expositionis huius prioris partis sequitur *historiam salutis*, qualiter in S. Scriptura inde a Vetere Testamento narratur, *ne discrepantia appareat* inter mulierem, matrem Christi in Evangeliiis, et figuram B. Virginis qualiter in tractatione theologica exhibetur vel a populo christiano colitur. Ex documentis biblicis illustratur progressus in revelatione de Maria; sed expresse notatur quod libri inspirati in Ecclesia Catholica, sicut oportet, sub lumine plenae revelationis leguntur et secundum mentem Traditionis intelleguntur.

Prima adumbratio in *Protoevangelio* invenitur; *oraculum* autem Is. 7, 14 sensu stricto, in Mt. 1, 22-23, B. Mariae applicatur. In fine praeparationis Veteris Testamenti Maria, filia Sion, inter «*pauperes Domini*» praecellit, et cum ea, in plenitudine temporum nova Oeconomia introducitur, in qua Christus mundum redemit «*mysteriis carnis suae*»; quae ultima indicatio insistere intendit super realismum incarnationis per Mariam.

(C) *De significatione Annuntiationis*. Reapse acceptatio B. Virginis incarnationem praecessit, ut secundum desiderium Commissionis nunc *modo positivo* edicitur. Mariam a Deo muneri suo esse praeparatam Patres orientales diserte enuntiant, verbis concretis doctrinam de Immaculata affirmantes. Cf. S. GERMANUS CONSTANTINOP., *In Annunt. SS. Dei parae*: PG 98, 328 AB: «Tota prorsus munda omnique carens reprehensione» (*amemptos*). IDEM, *In Dorm.* 2: col. 357: «Nova quippe innovatio (*anaplasia*) es, quod iis qui limo lutu corrupti essent, domina facta es, ... o immaculatissima!». ANASTASIUS ANTIOCH., *In Annunt. intemeratissimae (panachrantou) Deique Genitricis Mariae*: PG 89, 1376 C; cf. *ibid.* 1377 AB. S. ANDREAS CRET., *Can. in B. Mariae nativit.* 4: PG 97, 1321 B: «... immaculatam tuam matrem... Intemerata est tua nativitas, virgo intemerata!». IDEM, *Hom. in nat. B. M.* 1: col. 812 A: «Hodie naturae no-

strae reformatio incipit, mundusque veteratus plane deiformem transformationem, secundae a Deo fictionis initia suscipit». IDEM, *In nat. B. M.* IV: col. 865 A: «Reformationis nostrae primitiae». S. SOPHRONIUS, *Orat. 2 in SS. Deiparae Annunt.* 18: PG 87 (3), 3237 CD: «Gaude, o virgo, ... quae prae omni creatura enituisti puritate».

Textus S. AMBROSII, sub nota 5 citatus, scil. *Epist. 63 ad Vercell. Eccl.* n. 110: PL 16, 1218, sic sonat: «Nec Maria minor quam matrem Christi decebat. Fugientibus Apostolis, ante crucem stabat et piis spectabat oculis Filii vulnera, quia exspectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem».

Hoc privilegium, quo B. Virgo est «gratia plena» (*kecharitomenè*), induit significationem salutarem et valorem velut *functionalem* in ordine ad mysterium redemptionis. Quia enim Maria nullo retardatur peccato nec peccaminoso affectu, pleno corde munus suum «ancillae Domini» accipere et operi Filii sui inservire potuit. A. v. [= *ad verbum*] privilegium eius non est merum ornamentum. Maria personali ac libera fide et oboedientia consensit, et non ut instrumentum passivum adhibetur.

Inde orta est apud Patres *doctrina de Nova Heva*, cuius doctor praecipuus est S. IRENAEUS, verbis in textu citatis, *Adv. Haer.* III, 22, 4: PG 7, 959 A; Harvey, 2, p. 123. Cf. *ibid.*: «Sic autem et Evae inoboedientiae nodus solutionem accepit per oboedientiam Mariae. Quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc virgo Maria solvit per fidem». Cf. iam S. IUSTINUS, *Dial.* 100: PG 6, 709: «Eva enim, cum virgo esset et incorrupta, sermone serpentis concepto, inoboedientiam et mortem peperit, Maria autem virgo, cum fidem et gaudium percepisset, ... respondit: Fiat mihi secundum verbum tuum». TERTULLIANUS, *De carne Christi*, 17: PL 2, 782: «Crediderat Eva serpenti, credidit Maria Gabrieli. Quod illa credendo deliquit, haec credendo delevit». S. CYRILLUS HIER., *Catech.* 12, 15: PG 33, 741 AB: «Per virginem Hevam mortem, per virginem vel de virgine Maria vitam apparuisse...». S. EPIPHANIUS, *Haer.* 78, 18: PG 42, 728 CD - 729 AB; CGS 37, p. 468 s.: «A Maria virgine vita ipsa est in mundo introducta, ut Viventem pariat et viventium Maria sit mater... Eva generi hominum causam mortis attulit, per quam mors est in orbem terrarum invecta: Maria vitae causam praebuit, per quam Vita est nobis ipsa producta...». S. HIERONYMUS, *Epist.* 22, 21: PL 22, 408: «Mors per Evam, vita per Mariam». Cf. S. AMBROSIUS, loco supra citato. S. AUGUSTINUS, *Serm.* 51, 2, 3: PL 38, 355: «Decipiendo homini propinatum est venenum per feminam: reparando homini propinatur salus per feminam. Compenset femina decepti per se hominis peccatum, generando Christum». IDEM, *Serm.* 232, 2, 2: col. 1108: «Per sexum femineum cecidit homo, per sexum femineum reparatus est homo; quia virgo Christum pepererat, femina resurrexisse nuntiabat: Per feminam mors, per feminam vita». S. IO. CHRYSOSTOMUS, *In Ps.* 44, 7: PG 55, 193: «Virgo

nos paradiso expulit; per virginem vitam aeternam invenimus». S. IO. DAMASCENUS, *Hom. 2 in Dom. B. M. V*, 3: PG 96, 728 B: «Eva... moeroris et tristitiae sententiam retulit... (Maria) Dei Verbi personam, cuius omnia plena sunt, concepit». Cf. etiam *Études Mariales, La Nouvelle Ève*, I, Paris 1954.

(D) *De B. Maria et Iesu infante*. Salutaris coniunctio B. Virginis cum Filio suo in variis episodiis infantiae Iesu apparet.

Imprimis in *Visitatione*, quando Maria ob fidem suam in promissa Domini ut beata salutatur, et praecursor in sinu matris suae exultat.

Deinde in *nativitate Iesu*, quando pastores et magi ex Oriente Puerum «cum matre eius» inveniunt. Partum autem Iesu fuisse virginalem verbis liturgicis et traditionalibus affirmatur. Quod Commissioni Doctrinali sufficiens et satis clarum videtur.

Uterius memoratur *Praesentatio* in templo, cum prophetia Simeonis, quae tum Filium tum Matrem Eius attingit.

Denique sermo fit *de Puero Iesu deperdito* et de responsione eius ad parentes suos. Ex quo apparet mysterium divinum omnem intellectum creatum transcendere et nonnisi per fidem accipi posse. Cuius fidei Maria exstitit exemplum, omnia haec in corde suo conservans. Sententia de hoc episodio addita est, ne Concilium praeterire videretur illos textus, qui quibusdam difficultatem facere videntur.

(E) *De B. Maria in vita publica Iesu*. Imprimis invocatur narratio *de nuptiis in Cana*, ubi mater Iesu intercessione sua primum «signum» induxit, quo Iesus manifestavit gloriam suam, et crediderunt in Eum discipuli Eius.

Deinde citantur verba Domini, quibus *beatos* dixit illos, qui *verbum Dei audiunt* et custodiunt. Hoc modo significatur Regnum Dei vincula mere carnalia transcendere, quin ullum exinde vituperium exurgat pro Matre, quae verbum illud fideliter servabat, ut bis affirmatur apud Lc.

Praesertim effertur *praesentia Mariae sub cruce*, quando cum Filio suo condolet, Eius sacrificio se consociat et immolationi amanter consentit, atque discipulo, fidelium figurae, a Christo moriente veluti mater datur.

(F) *De B. Virgine post Ascensionem Iesu*. Duo hic asseruntur: primo oratio Mariae ante diem Pentecostes, cum Apostolis, mulieribus et Fratribus Domini; quod exprimitur ad litteram secundum *Act. 1, 14*. Deinde affirmantur *duo dogmata* a Magisterio Ecclesiae proclamata, nempe Immaculae Conceptionis, cum verbis Bullae *Ineffabilis*, et Assumptionis, cum verbis Constit. *Munificentissimus*; quae dogmata ad invicem referuntur. Exaltatio autem B. Virginis ut *Reginae* connectitur cum exaltatione Filii sui, cui conformatur.

*Relatio de n. 54, olim n. 50:
De B. Virgine et Ecclesia*

Hic incipit *secunda pars principalior* expositionis De Beata, scilicet de eius relatione ad Ecclesiam.

(A) Ordo expositionis, in priori redactione huius paragraphi adhibitus, invertitur, ita ut in initio ponatur principium S. Scripturae *de unico Mediatore*, per quem omnes omnino homines a Deo salvantur. Quaecumque igitur hominum cooperatio vel servitium nonnisi ab illo unico Mediatore profluere potest, ex Eoque totam suam virtutem haurit. Neque huiusmodi cooperatio seu mediatio unionem directam credentium cum Christo impedit, sed eam fovet. Quae omnia in specie valent de B. Virgine Maria.

(B) In secunda alinea: *Cum itaque* — cooperatio Deiparae cum Filio suo *his in terris* pressius consideratur. Fuit enim pro Christo redemptore humilis «ancilla Domini» et singulariter prae aliis socia Eius, ut ex variis eius terrestri vitae actibus, fide ac caritate animatis, commonstratur. Quapropter iure mater nostra in ordine gratiae vocatur.

(C) In tertia alinea: *Eius autem* — asseritur hoc munus maternum Mariae erga homines post eius assumptionem *perdurare*, quia perdurat eius caritas. Inde est multiplex intercessio, sive formalis sive aequivalens, B. Virginis in coelo pro fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus. Recoluntur verba KLEUTGEN in textu reformato pro Concilio Vaticano I, cap. IV, *De mysterio Verbi incarnati*: Mansi 53, 290: «Haec igitur Christum, Deum et Dominum nostrum, pariens, mater gratiae nobis exstitit, ... nec desinit potenti sua intercessione aeterna nobis salutis dona conciliare».

Cf. expressiones a Patribus graecis adhibitas: S. ANDREAS CRET., *In nat. Mariae*, serm. 4: PG 97, 865 A: «Salve legis ac gratiae mediatrix (*mesitis*)». S. GERMANUS CONSTANTINOP., *In annunt. SS. Deiparae*: PG 98, 322 BC: «Omnium peccatorum mediatrix vere bona (*mesitria*)». IDEM, *In dorm. B. M.* III: col. 362 D: «Ego te mundi murum exaedificabo, eorum pontem qui fluctibus iactantur, eorum qui manu ducuntur baculum, peccatorum advocatam, scalam denique quae provehere in coelum mortales sufficiat». S. IO. DAMASCENUS, *In dorm. B. V. M.* hom. 1: PG 96, 712 B - 713 A: «Te olim arca figuravit, in qua secundi mundi semen servatum fuit. Tu enim Christum mundi salutem peperisti, qui peccatum quidem submersit, eiusque fluctus sedavit... Sic tu quoque mediatrix munus obiens (*mesiteusasa*), erectaque Dei ad nos descendens scala, ut debilem nostram naturam assumeret, sibi copularet et uniret, ... ea quae redempta erant collegisti».

Notat autem S. AMBROSIUS, *Epist.* 63: PL 16, 1218: «Jesus non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutore servavit».

Cf. S. IO. CHRYSOSTOMUS, *In Ps.* 44, 7: PG, 193: «Suscepit (Iesus) quidem affectum parentis, sed non quaesivit alterius auxilium».

Concluditur exinde quod B. Virgo iure titulo *Mediatricis* honoratur, ita tamen intellecto ut dignitati et muneri unici Mediatoris nihil detrahatur, nihil superaddatur. Ut patet, Concilium, secundum intentionem in initio capituli enuntiatam, in *quaestiones intricatiores* nullo modo intrat, neque verbum facit de cooperatione mediata vel immediata B. Virginis ad redemptionem obiectivam vel subiectivam, de gratia sacramentali, etc.; de quibus agunt theologi.

(D) Ultima alinea: *Tale autem* — per modum *conclusionis* principia exposita positive et pacifice commendat, ut fideles Christo Domino intimius adhaereant.

(E) Maria est *typus Ecclesiae*. Appellatio ista, a S. Ambrosio proposita, evidenter intelligitur non in ordine institutionis hierarchicae aut signorum sacramentalium, sed, sicut Commissio Doctrinalis explicitè addidit, «in ordine fidei, caritatis et perfectae communionis cum Christo».

Deinde Maria proponitur *ut virgo*, non tantum corpore sed etiam corde, scilicet fide et oboedientia, fidelitate et caritate. Est simul *mater*, scilicet Christi ipsius secundum carnem, at etiam mater fratrum Eius cooperatione sua spiritali. Est igitur ipsa typus Ecclesiae duplici titulo connexo. Quod doctores mediaevales hoc modo exprimunt: PS.-PETRUS DAMIANI, *Serm.* 63: «Ex Maria videtur prodiisse Ecclesia». GODEFRIDUS A S. VICTORE, *In Nat. B. Virg.*: «Quoniam prima nascitur Ecclesiae personam».

Ecclesia autem et ipsa est *mater*, verbo et sacramento generans filios; *et virgo*, pure et integre servans fidem Sponso datam, id est doctrinam Eius et adhaesionem ad Eum.

Typologia illa in textu exprimitur verbis praesertim S. AMBROSII et S. AUGUSTINI. Vide apud AMBROSIIUM, l. c. *Expos. Lc.* II, 7: PL 15, 1555: «Bene desponsata (Maria), sed virgo: quia est Ecclesiae typus, quae est immaculata, sed nupta». *Expos. Lc.* 10, 24-25: col. 1810 BC, typologia omnibus fidelibus applicatur: «Fac voluntatem Patris, ut Christi mater sis... Qui parturit verbum, Christum parturit». Verba S. AUGUSTINI citantur in textu. Cf. eius dicta de virginitate Ecclesiae, *In Io.* Tr. 13, 12: PL 35, 1499: «Omnis Ecclesia virgo appellata est... Quae est virginitas mentis? Integra fides, solida spes, sincera caritas». Dicta Patrum colligit in una synthesisi Ven. BEDA, *In Lc. expos.* I, cap. 2: PL 92, 330: «Usque hodie et usque ad consummationem saeculi, Dominus in Nazareth concipi, nasci in Bethleem non desinit, cum quilibet audientium, verbi flore suscepto, domum se aeterni panis efficit. Quotidie in utero virginali, hoc est in animo credentium per fidem concipitur, per baptisma gignitur.

Quotidie Dei Genitrix Ecclesia, suum comitata doctorem, de rota mundanae conversationis, quod Galilaea sonat, in civitatem Iuda, confessionis videlicet et laudis, ascendens, censum suae devotionis aeterno regi persolvit. Quae in exemplum beatæ semper virginis Mariæ nupta simul et immaculata, concepit nos virgo de Spiritu, parit nos virgo sine gemitu, et quasi alii quidem desponsata, sed ab alio fecundata, per singulas sui partes quae unam catholicam faciunt, praeposito sibi Pontifici visibiliter iungitur, sed invisibili Spiritus Sancti virtute cumulatur...».

Cf. S. TROMP, S. I., *Ecclesia sponsa, virgo mater*, in *Gregorianum*, 18, 1937, pp. 3-29, ubi pp. 21-23 auctoritates Patrum de B. M. V. imagine Ecclesiae. H. COATHALEM, S. I., *Le parallélisme entre la S. Vierge et l'Eglise dans la tradition latine jusqu'à la fin du XII^e siècle*, Romae 1954. *Etudes des Mariales, Marie et l'Eglise*, 3 vol. Paris 1954-56.

(F) In hac alinea: *Dum autem* — Maria proponitur ut *exemplum virtutum*, ab Ecclesia imitandum. Pia recogitatio de Maria fideles intimius introducit in mysterium incarnationis, cuius varii aspectus in Virgine Deipara velut reverberantur. Unde antiqua orta est invocatio Mariæ, «quae cunctas haereses interemit». Sub exemplo Mariæ Ecclesia continuo Christo similior efficitur.

*Relatio de n. 55, olim n. 51:
De cultu B. Virginis*

(A) Indicatur *natura et fundamentum* huius cultus in gratia et coniunctione cum mysteriis Christi, secundum traditionalem Ecclesiae doctrinam. Invocatio *Dei-genitricis* iam occurrit in antiquissima deprecatione «Sub tuum praesidium», et illius cultus diffusioni maxime contulit Concilium Ephesinum. Enumerantur autem praecipui actus cultuales: veneratio, dilectio, invocatio, imitatio. Ita implentur verba *Magnificat*: «Beatam me dicent omnes generationes...». Cultus ille essentialiter differt a cultu adorationis, soli Deo debito. Formulae tamen *hyperduliae* et *latriae*, utpote technicae et in Oriente inusitatae, in textu non adhibentur.

De formis autem venerationis erga B. Virginem notat textus quod secundum tempora, loca et indolem populorum variantur, Ecclesia semper vigilante ut sint orthodoxae et sanae, semperque adducant fideles ad glorificationem Christi et Patris.

(B) Concilium in connexionione cum praecedentibus addit *praescriptiones pastorales*, tam pro cultu quam pro praedicatione. Commendat praesertim cultum *liturgicum*, sed etiam varias praxes et exercitia pietatis, dummodo conformes sint decretis anteriorum Conciliorum.

Pro *praedicatione* mediam viam designat inter falsam superlationem

et nimiam mentis angustiam. Inculcat, mediante studio S. Scripturae, Traditionis et Magisterii, indolem «christocentricam» doctrinae de Maria exponendae. Praedicatores simul indicare debent inaequalitatem Mariae cum Christo et singularem cum Eo similitudinem, arcere autem omnem modum loquendi vel agendi, qui in errorem inducere posset.

De pietate denique notat quod, licet sit affectuosa, in sterili tamen affectu aut in vana credulitate non consistit, sed sinceram doctrinam filialem amorem et genuinam imitationem promovere debet, non vero novitates quaerere.

*Relatio de n. 56, olim n. 53-52:
De Maria ut signo certae spei*

(A) In hac *parte conclusiva* textus emendatus in unum colligit illa quae in antiquis numeris 52 et 53 de «Maria et unitate» et de Maria «ut signo spei» dicebantur. In prima alinea effertur figura Deiparae, non tantum ut exemplar consummatae gloriae, sed etiam ut motivum spei et solatii pro Populo peregrinante.

(B) In secunda alinea Concilium declarat se gaudere de fervore devotionis erga B. Virginem apud fratres seiunctos, *praesertim Orientales*. Cunctos autem fideles exhortatur ut, intercedente Maria in Communione Sanctorum apud Dominum, suppliciter orent pro unione omnium christianorum, immo omnium hominum in Christo. Ita tanguntur simul aspectus oecumenicus, qui in hac parte est valde sensibilis, et intentio missionaria.

(C) In ultima alinea, magis paraenetica, insistitur, relate ad B. Virginem, in *fidelitate* sub eschatologica exspectatione, in *fortitudine* durante pugna contra peccatum et daemonem, in *prudencia* et vigilantia donec Sponsus veniat, in servitio et «communione» caritatis et *clementiae*, et denique in *ardore apostolico*, cuius B. Virgo est singulare exemplum in vita quotidiana omnium fidelium. Ultimum praesertim elementum desiderio plurimum Patrum respondere intendit». ⁵¹

6.5. La «Relatio introductiva» in Concilio

I Padri conciliari discussero il capitolo VIII nelle Congregazioni Generali 81^a-83^a.⁵² Il testo fu presentato in aula da S.E. Marcel Roy, Ar-

⁵¹ *Acta Synodalia...*, III, I, p. 366-373.

⁵² *Acta Synodalia...*, III, I, p. 366-373. Si leggano anche i *Processus Verbales Congregationum Generalium*, *ibidem*, p. 66-70.

civescovo di Québec.⁵³ Egli era stato designato dalla Commissione Dottrinale nella sessione plenaria del 6 giugno 1964;⁵⁴ il testo della relazione era stato approvato dai membri della Commissione Dottrinale.⁵⁵ Lo riproduco, perché svolge ed integra, in forma sintetica, quanto era stato redatto dalla Commissione Dottrinale.

RELATIO INTRODUCTIVA

« *Venerabiles Patres,*

1. Aliquid imprimis dicendum circa insertionem expositionis *De Beata in complexu Constitutionis De Ecclesia*.

Ratio fuit quod haec Constitutio est thema principale Concilii Vaticani II, et simul quod B. Virgo intrinsecus cum mysterio Ecclesiae connectitur.

Ex altera parte autem, ad hanc connexionem explicandam, necesse est ut ex professo consideretur munus Deiparae in ipso mysterio Verbi Incarnati. Sed sub hoc aspectu expositio mariologica tractationem de Ecclesia *excedit*. Quapropter non nisi in fine schematis poni potuit et simul ultra strictos eius limites extendi debuit, ut de B. Virgine conspectus generalis, sufficienter in fide fundatus, haberetur. Quapropter ut titulus signanter ponitur: De Virgine Deipara *in mysterio* Christi et Ecclesiae. Ita simul datur intelligere quod cum hac theologia mariali ad aliquod culmen pervenimus.

Exinde autem minime sequitur quod Concilium determinatam solutionem imponat controversiae inter sic dictas *Christotypicam* et *Ecclesiotypicam* de figura Mariae. Absoluto sensu typus omnis perfectionis est Christus, cui Maria singulari modo conformatur, ita ut ipsa, secundum iam antiquam traditionem, *Typus Ecclesiae* vocari potuerit. Christotypica et Ecclesiotypica interpretatio se invicem nullo modo excludunt, sed complent.

Concilium vero, secundum universalem suam methodum, in controversias inter catholicos theologos non intrat, sed ubique placita funda-

⁵³ Cito soltanto la riedizione in *Acta Synodalia...*, III, I, p. 435-438. Porta il titolo: *Relatio introductiva super Caput VIII Schematis De Ecclesia: "De B. Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae"*.

⁵⁴ TROMP, *Diarium...*, IX, cit., *Die 6 Iunii mane*.

⁵⁵ TROMP, *Diarium...*, IX, cit., *15 Sept. 1964 mane*: «Legit Mgr Roy relationem de B.M.V. Non placent Exc.mo Schröffer dicta de textibus Scripturae. Probatum textum, sed mitigatur id quod dicitur de textibus Scripturae».

mentalia doctrinae catholicae fidelibus exponit, circa quam omnes omnino Patres concordant, ut exinde tum praedicatio pastoralis solide fulciatur, tum pietas populi christiani enixe foveatur.

Utrumque autem melius obtinebitur, si intelligentia fidei et devotio potius quaeruntur in profundiore penetratione altissimi mysterii, quam in mera superficiali extensione et multiplicatione variorum titulorum.

Concilium hoc suum intentum in *Prooemio* lucido modo exprimit, quando utens verbis S. P. Pauli VI declarat se loqui de «Illa quae in Sancta Ecclesia locum occupat post Christum altissimum nobisque maxime propinquum».

2. *Prima Pars* expositionis agit de munere B. Virginis in oeconomia salutis secundum placita *S. Scripturae et Traditionis*. S. Pagina autem legitur, ut oportet et apud catholicos inconcussum est, sub lumine completae revelationis et expositionis Ss. Patrum et Magisterii ecclesiastici.

Traditio autem ordinem sequitur, qui in ipsis sacris libris observatur allatis verbis quae dignitatem Deiparae ostendunt, sed non negligendo illos textus qui, sicut plures non catholici putant, aliquam difficultatem prae se ferre videntur: ita sinceritas theologica ubique apparebit.

Post praeparationem Veteris Testamenti extollitur praesertim significatio annuntiationis angelicae, in qua Maria libero suo consensu in fide et actiosa caritate munus divinae maternitatis accepit, cuius beneficium super omnes homines redundabit. Hoc est absque dubio princeps fundamentum totius mariologiae, ut apud omnes, etiam apud Orientales, qui *Theotokon* maximo honore colunt, in confesso est.

In eodem contextu enuntiatur ad modum antiquorum Patrum quod B. Virgo in oeconomia salutis ut «nova Heva», «causa salutis» et «mater viventium» apparet.

In huius expositionis decursu inseruntur duo dogmata, a Romanis Pontificibus solemniter definita, scilicet Immaculata Conceptio et Assumptio. Utriusque autem privilegii ostenditur indoles salutifera pro omnibus christianis. Immaculata est pura inde a primo instante suae conceptionis, ex virtute Christi, omne peccatum devincit et in sua adhaesione ad divinum nuntium nullam omnino patitur retardationem. Similiter, expleto terrestri vitae cursu, corpore et anima ad coelestem gloriam assumpta et tanquam omnium Regina a Domino exaltata, spem christianorum ad beatam consummationem fortiter erigit. Veritates autem illae ipsis verbis in definitione pontificia adhibitae proclamantur.

Hoc generali modo procedendi ex ipsa Scriptura et antiqua Traditione praecavetur omnis instantia, quasi de inventis pure humanis ageretur, ut timent plures ex fratribus seiunctis, quibus potius praebemus claram singulorum dogmatum explanationem. Ita scilicet in textu loqui cona-

mur, ut omnes intelligere valeant, et difficultatibus illusoriis a consensu non impediuntur.

3. *Secunda Pars* capituli agit directe de *relatione B. Virginis ad Ecclesiam*, et imprimis insistit super *cooperationem* B. Virginis ad salutem universalem, in consensu initiali ad incarnationem Redemptoris, in oblatione sacrificii in cruce peracta, et in perpetua intercessione caelesti. In illo contextu citatur, praeter alios titulos, etiam appellatio *Mediatricis*, quod tamen pluribus membris Commissionis non placuit; ita autem explicatur ut exinde excellentia unicus Mediatoris nullo modo officiat.

Deinde explanatur quomodo Maria, Virgo et Mater, merito agnoscitur ut *typus Ecclesiae*, quae et ipsa virginaliter et maternaliter ad salutem omnium operatur. Hoc placitum certe speciale habet momentum, siquidem Concilium praecipue occupatur de variis et altissimis aspectibus mysterii de Ecclesia, mundo hodierno ad salutem et gaudium proponendi.

Inde B. Virgo, Mater omnium hominum, iure et exemplum omnium virtutum consideratur, non solum admirandum, sed a cunctis data opera imitandum.

4. *Tertia Pars* Decreti directe agit de applicatione practica doctrinae ad *cultum et praedicationem*. Hoc modo Concilium praeoccupationem suam pastorem aperte manifestat, ut scilicet devotio erga B. Virginem neque haesitatione pusillanimitatis retardetur, neque in excessum imaginativum prorumpat, sed e contra magnopere iuvetur, ubi necesse fuerit purificetur, et semper et ubique intensificetur. Ad hunc finem obtinendum efficax adiumentum exspectamus ex parte concionatorum, quos ad praescriptiones Magisterii sedulo obsequendas exhortamur.

Claudatur denique expositio cum descriptione Mariae tanquam *signi certae spei* et solatii pro Populo Dei inter diras tribulationes peregrinante.

Speramus autem ut, opitulante B. Virgine, omnes christiani, etiam non-catholici, ad optatam pacem in Christo perveniant. Immo liceat exprimere votum ut cuncti Patres atque theologi, circa laudes Virginis apertis et alto modo celebrandas, ad «concordiam», id est ad unitatem mentis et cordis sine mora pertingant, ita ut a nostra unanimitate ad totum populum catholicum omnesque christianos redundet una intentio fidei ac devotionis; nosque duce B. Maria exemplum praebeamus humilis, generosae et totalis acceptationis erga mysterium Christi, qui per Virginem in Ecclesia ad nos condescendit. Consentientes in doctrina et caritate conglutinati, una voce beatam Eam dicamus cum omnibus generationibus, quia fecit ei magna Qui potens est».⁵⁶

⁵⁶ *Acta Synodalia...*, III, I, p. 435-438.

7. LA SETTIMA REDAZIONE

Il capitolo VIII del *De Ecclesia* sulla B.V.M. fu dunque presentato in Concilio dall'Arcivescovo Maurice Roy il 29 settembre 1964 e occupò la discussione dei Padri nelle Congregazioni Generali 81^a-83^a.

Intervennero in aula conciliare 33 Padri, che diedero il loro apprezzamento e proposero le loro *Emendationes*, orali e scritte.⁵⁷ Altri lo fecero solo per iscritto.⁵⁸ La somma di questo materiale non è indifferente: segno di quanto a tutti stesse a cuore la trattazione sulla Madre di Dio e Madre nostra Maria.

Le *Emendationes* – raccolte e catalogate – furono esaminate attentamente dalla Commissione Dottrinale, che le accolse o le rifiutò, producendo la motivazione di ciascuna scelta.

Il dettagliato resoconto scritto – i nomi dei Padri conciliari, per comodità, furono indicati con la sigla: E/.... – porta il titolo: SACROSANCTUM OECUMENICUM CONCILIUM VATICANUM SECUNDUM, *Textus emendatus capituli VIII schematis constitutionis De Ecclesia et relationes* (sub secreto), Typis Polyglottis Vaticanis 1964. Comprende: il testo del capitolo VIII in doppia colonna: *Textus prior* (cioè della Commissione Dottrinale) e *Textus emendatus* (cioè dai Padri conciliari), con le *Notae*, la *Relatio* della Commissione Dottrinale sugli emendamenti, in due punti: *Pars generalis* e *De particularibus*; la *Relatio super Emendationes*, pronunciata in Concilio dal Vescovo Maurice Roy.⁵⁹ Il fascicolo fu distribuito ai Padri durante la 110^a Congregazione Generale il 27 ottobre 1964.⁶⁰

Per comprendere le varianti del testo nella sinossi che presento, occorre tener conto delle due relazioni: quella in aula, più generale e generica; quella della Commissione Dottrinale, più esatta e particolareggiata.

⁵⁷ *Acta Synodalia...*, III, I, p. 438-476; III, II, p. 10-21.

⁵⁸ Le *Animadversiones scripto exhibitae* sul capitolo VIII sono raccolte insieme in *Acta Synodalia...*, III, II, p. 99-188. Sono 54 individuali, 5 collettive.

⁵⁹ Il fascicolo consta di 32 pagine: p. 3-13 (testo), p. 13-14 (note), p. 15-26 (relazione della Commissione Dottrinale sugli emendamenti); p. 27-29 (relazione ai Padri di Mons. Roy). Riedizione in *Acta Synodalia...*, III, VI, p. 10-37.

⁶⁰ Cf. *Processus Verbales*, in *Acta Synodalia...*, III, I, p. 107. Per conoscere i nomi dei Padri conciliari che hanno proposto le *Emendationes*, si consulti: *Index et explicatio siglorum De Ecclesia*, in *Acta Synodalia...*, *Indices*, Typis Polyglottis Vaticanis 1980, p. 89-108, ripreso e perfezionato in *Acta Synodalia...*, *Appendix altera*, Typis Polyglottis Vaticanis 1986, p. 73-95.

7.1. La “*Relatio super Emendationes*” della Commissione Dottrinale

Per capire la *Relatio super Emendationes*, richiamo quello che ho già detto: la Commissione Dottrinale assegnò, accanto alla sigla “E”, un numero ad ogni proposta di emendamenti avanzata da uno o più Padri (tra parentesi aggiunte + e il numero rispettivo, quando erano più di uno). Le *Emendationes* furono attentamente schedate e vagliate una per una dalla Commissione Dottrinale, accettate o respinte, con motivazione della scelta operata.

Le *Emendationes de particularibus* si riferiscono alla pagina e alla riga (o alle righe) dove si propone un emendamento. Per questo ho trascritto l'intero capitolo VIII con l'indicazione della pagina a margine, e delle righe con il numero in esponente.⁶¹

7.1.1. *Relatio: Pars generalis*

1. In hac relatione considerantur plura *documenta* iam ante Sessionem III Concilii ad Secretariam transmissa, tum *Orationes Patrum*, numero circiter 70, sive pronuntiatæ in Aula sive scriptis traditæ in hac sessione, quæ 266 magnas paginas implent. Sedulo omnia elementa consignata sunt in schedulis quæ ad 400 ascendunt.

Schema a pluribus diserte *laudatur*, v. gr. E/2600 [Brellinger L.], 2635 [Lucey C.], 2651 [Melendro F.], 2697 [Léger P. Ae.], 2699 [Silva Henríquez R.] (+ 39 P.), 2723 [Rendeiro F.], 2730 [Jaeger L.], 2829 [Weber I.] et aliquando valde commendatur, v. gr. E/2518 [Meouchi P.], 2644 [Weber I.]. Optat E/2819 [Byrne H.] ut textus remaneat immutatus ne, ut notat E/2733 [Fernández A.], maiores nascantur difficultates. Secundum E/2839 [Van Dodewaard I.] ultiores quaestiones non sunt dirimendæ. Immo proponit E/2732 [Ancel A.], et praesertim E/2717 [Perantoni P.], cui plurimi alii accesserunt, ut textus admittatur sine Modis, cum solis correctionibus styli.

Ex altera parte nonnulli aestimant *nimis parum* de B. Virgine affirmari, quod E/2657 [Moro Briz S.] et 2734 [Montă A.] modo satis severo exprimunt; alii vero, E/2668 [Aldegunde Dorrego F.], 2722 [Suenens L. I.], 2787 [Bianchi L.] mitius loquuntur.

⁶¹ Rinvio al testo riprodotto più sopra alle pagine 296-304. Mi permetto, per necessità di comprensione, di apporre tra parentesi quadre [] accanto alla sigla E/... il nome reale cui essa si riferisce, desumendo l'esatta indicazione da *Acta Synodalia...*, *Indices*, Typis Polyglottis Vaticanis 1980, p. 105-108, e *Appendix altera*, Typis Polyglottis Vaticanis 1986, p. 92-95.

Expressit Em. Frings (E/2655 et 2806) ideam quod textus inter duo extrema *viam mediam* prosequitur, quae ab omnibus ex corde admitti deberet, ut unanimitas Patrum de B. Virgine obtineri posset. Cui consentit E/2699 [Silva Henríquez R.] (+ 39 P.). Similiter E/2698 [Döpfner I.] (+ 90 P.). Non est, ut addidit E/2884 [Alfrink B.] (+ 124 P.), cur de maximalismo et minimalismo disputetur, ubi omnes funditus de ipsa doctrina concordant.

2. Unus Pater, E/2835 [Grotti I.], proponit *textum omnino novum*; duo vero alii, E/2602 [13 epp. Africae Centro-Orient.] et 2709 [Bea A.] *novam structuram* suadent. Quod in datis circumstantiis irrealizabile videtur. Alii quidam, E/2736 [Signora A.], 2777 [Blecharczyk M.], 2820 [Tomé A.] (+ 6 Patres), 3077 [Aldegunde Dorrego F.] (+ 10 P.), et dubitative etiam 2668 [Aldegunde Dorrego F.], optant ut Caput *De Beata* in schemate immediate post Caput I, *De Mysterio Ecclesiae*, reponatur. Quod pariter, propter rationes practicas, executioni mandari nequit.

Quidam, v. gr. E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 21 P.), 2835 [Grotti I.], 2839 [Van Dodewaard I.], serio revidendas esse aestimant *citationes scripturísticas*, quas E/2642 [Michler M.] cum citatione Apoc. 12 compleri vellet. Alii *parvas additiones* exoptant, de quibus suo loco in relatione particulari agetur.

3. Quaestio specialis movetur *de titulo Capitis*. Desiderant enim multi ut ad titulum *De Maria Matre Ecclesiae* redeatur: E/2573 [Silva Santiago A.] (+ 5 P.), 2611 [Dubois M.], 2623 [Gasbarri P.], 2717 [Perantoni P.], 2726 [Del Campo y de la Bárcena A.], 2735 [García y García de Castro R.] (+ 80 P.), 2860 [Castán L.] (+ 83 P.), 2830 [Nicolai I.; D'Antonio N.] (+ 16 P.), 2831 [Čule P.], 2835 [Grotti I.]. Alii, e contra, multum insistent ut titulus maneat sicut nunc est et non adhibeatur titulus *Mater Ecclesiae*: E/2602 [13 epp. Africae Centro-Orient.], 2697 [Léger P. Ae.], 2778 [Fady I.], 2781 [Saboia Bandeira de Mello C.] (+ 40 P.), 2822 [Silva Henríquez R.] (+ 21 P.), 3041 [Tschudy R.], 3130 [da Mota e Albuquerque I. B.], quibus accedunt 40 Patres ex Brasilia, cum 15 aliis qui varias regiones repraesentant. Titulus actualis a quaestione controversa de conceptione christotypica vel ecclesiotypica totaliter praescindit.

E/2935 [Volk H.] valde commendat titulum *Mater fidelium*, qui in textu ceterum adhibetur (in pag. 198, lin. 16) et qui videtur intentionem melius exprimere. «Ecclesia» enim, in expressione «Mater Ecclesiae», evidenter intelligitur de Pastoribus et fidelibus simul sumptis, non vero de ipsa institutione Christi. Unde melius dicitur «Mater fidelium»; ad «fideles» autem evidenter etiam Pastores pertinent. Expressio «Mater Ecclesiae», licet aliquando apud scriptores ecclesiasticos occurrat, est tamen admodum rara, neque dici potest «traditionalis». Ceterum aliquando completur per additas voces «filia et soror», unde patet quod agitur

de comparatione. Oecumenice certo non commendatur. Licet ergo titulus theologicè admitti possit, videtur tamen Commissioni sufficere ut modo aequivalente exprimat, nempe pag. 198, lin. 9.

7.1.2. *Relatio: De particularibus*

Ad num. 52

Pag. 197, lin. 9-17 (quae de Ecclesia loquuntur): secundum E/2791 [Bea A.] essent omnino omittenda. Sed necessariae sunt ut annuntietur pars de relationibus B. Virginis ad Ecclesiam et de cultu. Requiritur insuper ut appareat nexus cum capitibus praecedentibus.

Pag. 197, lin. 22-23: E/2781 [Saboia Bandeira de Mello C.] vellet auferre incisum «*sublimiori modo redempta*», quam dicit controversam; E/2730 [Jaeger L.] addere vellet «in unico salutis opere». Quod videtur superfluum. Afirmatio «sublimiori modo redempta» desumpta est ex Bulla *Sollicitudo* ALEXANDRI VII. Cf. V. SARDI, *La solenne definizione del dogma dell'Immacolato Concepimento*, Romae, 1905, II, p. 306. Ex contextu ibidem omnino clarum est quod agitur de unico opere Christi, diversimode applicato.

Pag. 198, lin. 9: plures proponunt ut addatur: «... filialis pietatis affectu se *tanquam matrem amantissimam prosequi...*»: ita E/2635 [Lucey C.], 2639 [Prou I.], 2772 [De Castro Mayer A.], 2836 [Prou I.]. Opponitur vero insertioni: E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 21 P.).

Loco «prosequi semper professa est», plures, nempe E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 21 P.), 2826 [Zazpe V.] (+ 4 P.), 2839 [Van Dodewaard I.] (+ 10 P.), rogant ut simpliciter scribatur «prosequitur», quia cultus B. Virginis tribus prioribus saeculis vix apparet. Quod a Commissione admittitur. Ulterius E/2635 [Lucey C.] postulat ut loco «Ecclesiae» scribatur «*populus christianus*». Videtur servanda expressio «Ecclesia Catholica», quia «*populus christianus*» posset habere latiore interpretationem, in qua forsitan subaudirentur etiam Protestantes. Admittitur autem additio «tanquam matrem amantissimam»; quae verba occurrunt in Bulla aurea *Gloriosae Dominae* BENEDICTI XIV, 27 sept. 1748 (cf. *Documentos Marianos*, n. 210).

Pag. 198, lin. 16: rogant plures, inter quos E/2581 [Mazé P.], 2635 [Lucey C.], ut scribatur «Mater Christi et *Mater fidelium*». Ratio enim maternitatis in duabus istis applicationibus diversa est.

Pag. 198, lin. 17 ss.: proponit E/2697 [Léger P. Ae.] ut auferantur illa quae dicuntur de intentione Concilii non omnia exponendi. Similiter E/2791 [Bea A.] delere vult ea quae dicuntur de sententiis scholarum catholicarum. Plurimi, e contra, i. a. E/2699 [Silva Henríquez R.] (+ 39 P.), textum servare volunt sicut iacet. Quibus Commissio satisfaciendum esse statuit.

Ad num. 53

Proponunt E/2655 [Frings I.], 2822 [Silva Henríquez R.], 2826 [Zazpe V.] ut totus numerus abbrevietur. Abbreviatio autem defectum claritatis induceret.

Pag. 198, lin. 26-31: proponunt plures Patres ut loco phraseos introductoriae, indolis sat generalis, introducatum thema de B. Virgine, *Filia Sion*: ita E/2826 [Zazpe V.], 2627 [De Provenchères C.] (*Zach. Mal.*), 2822 [Silva Henríquez R.] (+ 39 P.), 2580 [Leménager A.]. Statuitur ut pag. 199, lin. 10 addatur: «Ipsa tandem *praecelesa filia Sion*, post diuturnam...», sine tamen referentia biblica.

Pag. 198, lin. 29: proponit E/2635 [Lucey C.] ut de testimonio Veteris Novique Testamenti potius dicatur: «*innuunt* et veluti conspicendum proponunt» (potiusquam «describunt», quod esset exaggeratum relate ad V. T.). Statuit Commissio ut scribatur «*ostendunt*»; subiectum enim huius phraseos est: «Sacrae Litterae... et veneranda Traditio».

Pag. 198, lin. 34 ss.: aestimant E/2640 [Hoa Nguyen-van Hien S.] et 2791 [Bea A.] verba «*in apricum* profertur» esse parum intelligibilia; E/2791 [Bea A.] insuper rogat ut addatur textus biblicus. Scribatur loco «*in apricum*»: «pedetentim *in lucem* profertur». Textus autem biblici immediate postea in eadem alinea citantur.

Pag. 199, lin. 2: proponunt E/2835 [Grotti I.], 1575 [Borromeo A. C.] et 2836 [Cazzaro B.] ut loco «*adumbratur*» dicatur «*praevidetur*», quod tamen peritis in re biblica e Commissione doctrinali non placuit.

Pag. 199, lin. 4. Propositio generalis, de legendis primaevis documentis sub luce plenae revelationis atque in ambitu Ecclesiae, valet pro tota paragrapho et non tantum pro citatione Gen. 3, 15. Ideo linea 4 scribitur: *Similiter* haec est Virgo...

Pag. 199, lin. 13: proponit E/2635 [Carli A.] ut dicatur: «quando Filius Dei humanam naturam *ex ea* assumpsit», ut ratio appareat cur superius dicatur instaurari cum Maria nova oeconomia. Admittitur.

Pag. 199, lin. 13: E/2791 [Bea A.] rogat quid significet «mysteriis carnis suae»? Agitur evidenter de *incarnatione* Verbi secundum Io. 1, 14 et de mysteriis quae in Christo incarnato effecta sunt atque in sacramentis velut continuantur et applicantur. Expressio «mysteria carnis Christi» oritur a S. Thoma. Intentio totius textus est insistere in realitatem incarnationis ex Maria.

Pag. 199, lin. 18 ss.: citetur «*desponsata Ioseph*» in paragrapho de Anuntiatione vel in sequenti: ita E/2820 [Tomé A.], 2627 [De Provenchères C.], 2779 [Cecchi V.].

Pag. 199, lin. 22 ss.: plures Patres, v. gr. E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 23), 2826 [Zazpe V.], 2828 [Heuschen I.], proponunt ut deleantur

verba «quoniam autem B. Virgo haud minus poterat esse quam Dei Matrem decebat», quia de liceitate applicationis huius adagii theologici in singulis casibus certitudinem non habemus nisi praehabita divina revelatione; in ipsa autem citatione S. Ambrosii verba sensum non habent qui in textu schematis supponitur. Etenim, ut patet ex Relatione, p. 211 in fine, agit S. Ambrosius de casu particulari: fugientibus nempe Apostolis, Mater Christi stabat sub cruce. Admittitur ergo modificatio sequens: «... conferret ad vitam. *Quod praecellentissime valet de Matre Iesu, quae ipsam Vitam, omnia renovantem, mundo effudit.* Unde nil mirum apud Sanctos Patres...».

Pag. 199, lin. 27: proponunt E/2791 [Bea A.] et 2640 [Hoa Nguyen-van Hien S.] ut verbum «naevo» deleatur, quia vox illa vix intelligitur. Admittitur.

Pag. 199, lin. 32: proponunt E/2839 [Van Dodewaard I.] (+ 10), 2826 [Zazpe V.] et 2627 [De Provençères C.] ut loco «gratia plena» dicatur sive «summe Deo grata», sive «summe Deo grata seu gratia plena».

Remaneat «*gratia plena*» propter usum in Ecclesia maxime diffusum, quidquid sit de controversia philologica exegetarum de «Kecharitomenè», de qua quaestione nihil in textu dirimitur. Aliquis Pater proponit ut ad «Nazarethana Virgo» addatur: «*desponsata Ioseph*». Quod non requiritur in contextu.

Pag. 199, lin. 33: proponit E/2791 [Bea A.] ut textus dicat quid Angelus B. V. annuntiaverit; quare proponitur ut dicatur: «et coelesti nuntio ipsam fore Matrem Messiae et Filii Dei “oboodienter” (E/2791) respondet». Quod non est necessarium, quia res patet ex contextu.

Pag. 199, lin. 37: proponit E/2835 [Grotti I.] ut auferantur verba «*unici Mediatoris*». De facto haec incisa non requiritur in contextu, et deletur.

Pag. 199, lin. 40: proponitur ut deleantur verba «*et operi Filii sui*». Quae tamen verba iustificantur ex tenore narrationis de Annuntiatione, ideoque servantur.

Pag. 200, lin. 7: proponit E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 39) ut dicatur «*nonnulli Patres*». Dicatur: «Unde *non pauci* Patres...». Proponunt E/2697 [Léger P. Ae.] et 2822 [Silva Henríquez R.], ut minuatur numerus citationum in textu. Deletur propterea citatio (9) «per virginem Hevam mortem, per Virginem vel de Virgine Maria vitam apparuisse», servata tamen referentia in Notis.

Pag. 200, lin. 8: pluribus Patribus, e. g. E/2828 [Heuschen I.], 2627 [De Provençères C.], 2782 [Pourchet M.], 2839 [Van Dodewaard I.] (+ 10), formula «asserere solebant» difficultatem facit (nam non videntur tam multi Patres hoc dixisse); dicatur ergo: «*libenter* asserunt».

Pag. 200, lin. 17: proponit E/2627 [De Provençères C.] ut deleatur illud «in proverbium proferre».

Scribatur: «*saepiusque affirmant...*».

Pag. 200, lin. 22: proponit E/2791 [Bea A.] ut loco «manifestatur» dicatur «identidem innuitur».

Statuitur tamen servandam esse expressionem textus.

Pag. 200, lin. 26: proponunt E/2829 [Weber I.] et 3171 [Wehr M.] (+ 2 P.) ut deleantur verba: «et praecursor in sinu matris *sanctificatur*», quia sana exegesis textus hanc interpretationem non sustinet: agitur potius de munere *prophético* Praecursoris quam de eius sanctificatione.

Loco «sanctificatur» scribatur cum ipso textu Evangelii «*exsultavit*».

Pag. 200, lin. 28: proponunt E/1575 [Borromeo A. C.] et 2635 [Carli A.] ut expungatur verbum «primogenitus».

Servatur vocabulum «*primogenitum*», quod in textu Evangelii occurrit, et insuper suadetur ex contextu de servata virginitate.

Pag. 200, lin. 31: loco «*Cum vero*» scribatur «*Cum autem*».

Pag. 200, lin. 40: proponit E/2734 [Montà A. M.] ut loco «verbaque eius» dicatur, claritatis causa, «verbaque Filii».

Quod admittitur. Propter fidelitatem erga textum biblicum punctuatio ita corrigitur: «... verbaque *Filii* non intellexerunt. *Mater* vero *Eius...*». E/3107 [Rusch P.] proponit textum modificatum, qui tamen non videtur clarior.

Pag. 201, lin. 2: Proponunt E/2734 [Montà A. M.] et 3078 [Grotti I.] ut loco «*durante* vita publica Iesu» dicatur «*in* vita publica Iesu», quia adverbium «*durante*» in latinitate desideratur. Admittitur correctio.

Pag. 201, lin. 7: proponit E/3107 [Rusch P.] ut addatur «In decursu praedicationis *Eius* B. Virgo *aliquo modo a Filio separata apparet* et verba audivit...». Idea haec, licet mitius, exprimitur lin. 8-9: «Regnum ultra rationes et vincula carnis extollens». Ideo propositio non admittitur.

Ulterius proponit idem ut lin. 12 ss. scribatur: «*Ita etiam B. Virgo in peregrinatione fidei processit*, suamque unionem *cum Filio fideliter* sustinuit usque ad crucem, ubi non sine divino consilio stetit, *et sic vere mater fidei omnium nostrum effecta est* (Rom. 4, 11), *quia et ipsa in fide illa* nos praecessit, qua renascimur et sumus filii Dei». Cetera deinde tolluntur, quia recurrunt p. 202, lin. 23-30.

Admittitur prima pars huius correctionis, non vero altera: «et sic...». Ita satisfactio praebetur etiam E/2698 [Döpfner I.].

Pag. 201, lin. 17: instat E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 25 P.) ut verba «victimae de se genitae immolationi amanter *consentiens*» omnino retineantur.

Pag. 201, lin. 21: proponit E/2635 [Carli A.] ut addatur: «simulque ei ut filius vicissim datus est discipulus».

Quod non est necessarium.

Pag. 201, lin. 24: proponit E/2791 [Bea A.] ut loco «non manifestare» dicatur «non antea solemniter et plene manifestare».

Additio rursus non est necessaria.

Pag. 201, lin. 32-33: proponunt E/2967 [Pourchet M.] (+ 21 P.), et 2620 [Janssens I. B.] ut deleantur «ab omni originali culpae labe praeservata immunis», sive ob motiva oecumenica (R. P. Janssens) sive quia incisa, ob contextum immediate sequentem, videretur immortalitatem Mariae et consequentiam Immaculatae Conceptionis proponere.

Incisa de definitione Immaculatae Conceptionis consulto a Commissione hic apposita est. Textus ceterum nihil docet de «demonstratione» Assumptionis ex Immaculata Conceptione. Aliqua tamen analogia fidei in textu subaudiri potest, sicut in Const. *Munificentissimus*.

Pag. 201, lin. 36: opponitur ab uno Patre quod nulla creatura *plene* cum Christo conformari potest. Dicatur: *plenius*.

Ad num. 54

Pag. 202, lin. 1: aestimant E/2697 [Léger P. Ae.], 2833 [Cazzaro B.] et 2611 [Dubois M.] titulum «De Maria ut *ancilla Domini Redemptoris*» non bene sonare: secundum testimonium N. T. Maria se dixit ancillam Domini, id est non Verbi incarnandi sed Patris.

Ut titulus accuratim textui paragraphi respondeat, ita exprimitur: «*De Maria, ancilla Domini, in opere redemptionis et sanctificationis*».

Pag. 202, lin. 2: instant E/2644 [Weber I.] et 2518 [Meouchi P.] ut affirmatio de unico Mediatore in textu servetur. Similiter E/2699 [Silva Henríquez R.] (+ 39 P.).

Pag. 202, lin. 2: secundum E/2635 [Carli A.] et 2697 [Léger P. Ae.] auferenda esset vox «absolutam», quia non omnibus exegetis pateret verba S. Pauli significationem absolutam habere. Vox «absolutam» deletur, utpote non necessaria.

Pag. 202, lin. 7: proponunt E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 25 P.), 2627 [De Provenchères C.], 2826 [Zazpe V.] (+ 4 P.) et alii ut dicatur: «maternum munus *erga homines*», ut sensus verborum clarius appareat. Quod omnino placet.

Pag. 202, lin. 9: pluribus Patribus verbum «*extollit*» difficultatem facit: proponunt ut dicatur: «clarius ostendit» (2822 [Silva Henríquez R.] + 22 P.), «supponit» (E/2635 [Lucey C.]), «clarissime manifestat» (E/2828 [Heuschen I.]).

Dicatur: «... non obscurat, *sed virtutem eius ostendit*». Haec ratio adducitur a S. Thoma, quando loquitur de causalitate creaturatum, quae

ostendit virtutem Causae transcendentis. Cui solutioni omnes consentiunt.

Pag. 202, lin. 15-17: proponunt plures Patres: E/2839 [Van Dodewaard I.] (+ 10 P.), 2826 [Zazpe V.] (+ 4 P.), 2627 [De Provençères C.] ut dicatur «ipsamque nullo modo mediatam reddit». Ita melius locus Christi indicatur et nullo modo innuitur Mariam esse aliquod intermedium inter Christum adhuc remotum et homines, qua sola mediatione Christus primum nobis proximus fieret. Cf. etiam E/2699 [Silva Henríquez R.] (+ 39 P.).

Proponitur sequens solutio: «unionem autem *immediatam credentium* cum Christo nullo modo impedit sed fovet». Unio scilicet hominis iusti cum Christo est ontologica et nihil habet interpositum. Ut autem realizetur, B. Virgo caritate cooperatur. Quae solutio admittitur, secundum verba S. Augustini, in n. 52 citata.

Pag. 202, lin. 18-25: proponit E/2639 [Prou I.], ut textus ita emendetur: «Cum itaque B. Virgo, divinae Providentiae consilio, *Mater Dei ita effecta sit ut Verbum Dei incarnatum humani generis perfectus Mediator Redemptorque fieret*, hanc ob causam mater nobis in ordine gratiae extitit» (ad melius indicandum fundamentum maternitatis spiritualis). Cui consentiunt omnino E/2836 [Prou I.] et 2839 [Van Dodewaard I.].

Eodem loco, E/2822 [Silva Henríquez R.], lin. 18-38 sequenti modo simplificat: «Consensus quem ancilla Domini in Annuntiatione fideliter praebuit *operi salutis incipientis*, quemque sub cruce incunctanter sustinuit, indesinenter perdurat usque ad perpetuam omnium electorum consummationem. In coelis assumpta, *sollicitudinem operis Christi*, qui vult omnes homines salvos ferí, non deposuit, sed *in Dei claritate* intercessione sua mirum in modum...».

Re mature perpensa, admittitur sequens levis modificatio, propter clariorem connexionem idearum:

«Beata Virgo, ab aeterno una cum divini Verbi incarnatione tanquam Mater Dei praedestinata, divinae Providentiae consilio, his in terris *fuit* pro Christo Redemptore humilis “ancilla Domini” et singulariter prae aliis generosa socia. Christum concipiens, generans, alens, in templo Patri *sistens*, Filioque suo in cruce morienti *compatiens*, operi Salvatoris singulari prorsus modo cooperata est, oboedientia, fide, spe et flagrante caritate, ad vitam animarum supernaturalem restaurandam. *Quam* ob causam mater nobis in ordine gratiae exstitit».

Mutationes sequentes sunt:

a) lin. 20 delentur verba «*et Mater bominum*», quia haec idea prius introducenda est per «cooperationem».

b) lin. 23 *dividitur phrasis*, ob claritatem, et incisa de maternitate gratiae reponitur in fine, ob rationem iam indicatam.

c) lin. 26 ponitur *sistere*, pro *offerre*, propter fidelitatem erga vocabularium Evangelii.

Pag. 202, lin. 23: E/2627 [De Provençhères C.], 2778 [Fady I.], 2806 [Zazpe V.], 3107 [Rusch P.] proponunt ut deleatur «generosa socia». Non tamen adest difficultas, quia dicitur «*singulariter prae aliis generosa socia*».

Pag. 202, lin. 31 ss.: proponit E/2822 [Silva Henríquez R.] ut deleatur lin. 31 et dicatur simpliciter: «consensus... perdurat», et lin. 37, loco «*salutiferum munus*» dicatur: «sollicitudo operis Christi qui vult omnes homines salvos fieri...». E contra E/2791 [Bea A.], lin. 32-33, de «consensu» auferre desiderat, quia constituunt repetitionem.

Videtur tolli difficultates per textum supra exscriptum. Lin. 31 scribendum erit: «*Haec autem in gratiae oeconomia maternitas Mariae...*». Ita simul patet connexio idearum. Proponit E/3107 [Rusch P.] ut tollantur verba «*mirum in modum*». Quod admittitur.

Pag. 203, lin. 4-5: plures advertuntur tendentiae:

Prima vult ut retineatur *affirmatio de Mediatrice*, vel imo fortius enuntietur: E/2721 [Ruffini E.], 2723 [Rendeiro F.] (+ 82 vel 70 P.), 2727 [De Castro Mayer A.], 2728 [Van Lierde P. C.], 2742 [Malanchuk V.], 2771 [Olazar Muruaga G.] (+ 1 P.), 2777 [Blecharczyk M.], 2780 [Doumith M.], 2814 [Temíño Saiz A.], 2817 [Battistelli S.] (+ 5 P.), 2830 [Niccolai I.; D'Antonio N.] (+ 16 P.) et praesertim 2611 [Dubois M.] et 2870 [Pronti I.]. Duo volunt loqui de mediatione omnium gratiarum: E/2623 [Gasbarri P.] et 2797 [Anaya y Díez de Bonilla I.]. Immo E/2737 [Gasbarri P.] petit «definitionem». Alius vult titulum «distributrix gratiarum», nempe E/2-1797 [Anaya y Díez de Bonilla I.].

Secunda sententia vult *auferre titulum Mediatricis*: E/2518 [Meouchi P.], 2581 [Mazé P.], 2620 [Janssens I. B.], 2697 [Léger P. Ae.], 2698 [Döpfner I.], 2725 [Schoiswohl I.], 2778 [Fady I.], 2780 [Doumith M.], 2791 [Bea A.], 2839 [Van Dodewaard I.] (+ 10 P.), 3041 [Tschudy R.], E/2935 [Volk H.] et 3130 [da Mota e Albuquerque I. B.] (+ 40 Epp. Bras. et plures alii). Similiter: 2884 [Alfrink B.] (+ 124 P.), 2936 [Willebrands I.], 3107 [Rusch P.], 3113 [Olçomendy M.].

Tertia sententia vult servare titulum Mediatricis, sed eum ponere simul cum aliis titulis Advocatae, Auxiliatricis, Adiutricis, Mediatricis, cum expressione «condecoratur» (E/2668 [Aldegunde Dorrego F.]): ita i. a. (= *inter alios*) 2782 [Pourchet M.], 2816 [Doumith M.], 2822 [Silva Henríquez R.] (+ 30 P.) et forsitan etiam 2620 [Janssens I. B.]. E/2519 [Weber I.] vult dicere: mediatricem in Christo per intercessionem. Lin. 8 unus Pater (E/2627 [De Provençhères C.]) addere proponit: «cum omnis gratia ex Christo Capite defluat». E contra E/1575 [Borromeo A. C.] vult suppressere verba «nihil superaddat», invocando textum *Col* 1, 24 (adimpleo ea...).

Prima sententia invocat usum tituli in pietate et in documentis ecclesiasticis (non tamen apud Pium XII et postea). Plures Patres ablationem tituli aegre ferrent et putant exinde exorituram mirationem populi.

Secunda sententia nititur in hoc quod titulus in usu communi est satis recens (inde praesertim a saeculo XX^o incipiente), — quod involvit systema theologicum, — et quod non oportet difficultatem oecumenicam adhuc augere. Addunt Patres, i. a. E/3107 [Rusch P.], quod vox *Mediator* in Novo Testamento de Christo solo adhibetur et ad alios non transfertur. Unitatem Mediatoris universalis etiam docent Conc. Florentinum et Tridentinum, Denz. 711 et 790. De quo ceterum nemo dubitat.

Tertia sententia servat titulum, sed non in sensu systematizationis theologicae. Quod exinde patet quod titulus simul enuntiatur cum aliis invocationibus, de quibus non datur controversia. Hoc modo titulus etiam apud Orientales adhibetur, qui in orationibus liturgicis B. Mariam Adiutricem, vel immo Mediatrix appellat, quia nobis dedit Christum et omnia beneficia cum Eo, nosque protegit etc. Non tamen exinde construunt systema theologicum. Neque censent talia placita conciliariter esse docenda.

Cum tertia sententia vitatur incommodum quod timet sententia prima, et videtur etiam satisfieri secundae sententiae, quae praesertim timet technicum usum vocabuli, cum adnexis disputationibus.

Patres qui iuxta 2^{am} sententiam vocabulum «Mediatrix» auferre volunt, timent ne apud fideles minus excultos confusio oriatur inter munus Christi et munus B. Virginis. Talis autem confusio non tam ab usu vocabuli «Mediatrix» videtur proficere quam ex deficientia accuratae et clarae instructionis populi de munere Mariae. Cui deficientiae obviandum est per aptiorem praedicationem doctrinalem et meliorem institutionem pietatis et cultus.

Commissio, disceptatione instituta, fere unanimiter elegit *tertiam propositionem*, quae scilicet enumerat varios titulos sub quibus B. Virgo invocatur. Haec autem ultima expressio «*invocatur*», ab omnibus libenter accipitur loco vocabuli «*condecoratur*», quod nimis ad decorationem exteriorem videtur alludere. Similiter longe maior pars Commissionis statuit inserendam esse explicationem: «Nulla enim creatura... ex unico fonte cooperationem». Ita autem, ut patet, in materiam inter theologos controversam non intratur, sed simpliciter clarificatur idea secundum analogiam fidei, scilicet comparatione facta cum uno sacerdotio Christi et una bonitate Dei.

Pag. 203, lin. 15 ss.: E/2611 [Dubois M.] postulat amplificationem de B. Virgine ut «Sponsa, Regina et Sanctissima».

Quod videtur superfluum, datis illis quae alibi dicuntur, scilicet de *sanctitate* passim, et de *regalitate*, pag. 201, lin. 36. Thema autem de Sponsa sat intricatam exigeret explanationem.

Pag. 203, lin. 19-20: postulat E/2791 [Bea A.], pro fidelitate citationis S. Ambrosii, ut scribatur: «Ecclesiae typus, ut iam docebat S. Ambrosius (17), in ordine quidem fidei...». Certo admittendum.

Pag. 203, lin. 22: petit E/2635 [Carli A.] pro claritate, ut scribatur: «quae et ipsa iure mater vocatur...». Admittendum similiter.

Pag. 203, lin. 32-33: E/2697 [Pourchet M.] (+ 21 P.) difficultatem movet contra «*gignendos*» quia haec vox in mentem vocat baptismum. Ideo scribi posset: «suscitandos». Alii proponunt: *pariendos*. Reolenda est citatio S. Augustini, pag. 198, lin. 2-4, de Maria quae cooperatur caritate ut filii in Ecclesia nascerentur, utique non sine baptismo. Unde stet textus impressus.

Pag. 203, lin. 40: proponit E/2635 [Carli A.] additionem: «generat, sacramentis, praesertim Eucharistiae, alit, praedicatione educat», quod hic versatur extra materiam.

Pag. 204, lin. 1-3: E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 11 P.) postulat omissionem citationis S. Augustini ibi allatae, quia non est valde dilucida. Alludendo ad aliam citationem S. Augustini (cf. pag. 215 in medio), scribi posset: «imitans Domini sui matrem et virtute Spiritus Sancti virginaliter servans integram fidem, solidam spem, sinceram caritatem». Sic etiam citaretur Spiritus Sanctus, secundum desiderium plurium. Haec solutio admittitur.

Pag. 204, lin. 3: proponit E/2730 [Jaeger L.] sat longam ampliationem; similiter facit E/2732 [Kempf V.]. Quod non videtur acceptandum.

Pag. 204, lin. 5: suggerit E/2635 [Carli A.] ut loco: «*Dum...*» scribatur: «Sicut... ita...». Sed hoc modo in textu deperditur oppositio intentionalis. Stet igitur textus, addito verbo «Christifideles *adbuc* nituntur», pro claritate.

Pag. 204, lin. 6: praefert E/2791 [Bea A.] «*pertingit*» loco «*attingit*».

Pag. 204, lin. 11: rursus proponitur amplificatio ab E/2967 [Pourchet M.] (+ 21 P.). Quae non admittitur.

Pag. 204, lin. 17: plures, e. g. E/2791 [Bea A.], 2822 [Silva Henríquez R.], 2826 [Zazpe V.], delere volunt «intrare *intrinsecus*» utpote superfluum. Placet.

Pag. 204, lin. 18: suggerit E/2635 [Carli A.] ut dicatur «*dum* praedicatur et *colitur*»; alius autem E/2828 [Heuschen I.] clarius vult dicere: «quando praedicatio instituitur de Maria».

Admissa correctione: «*dum* praedicatur et *colitur*», textus videtur clarus.

— lin. 17, legendum est maxima.

— lin. 22, loco *Figurae suae*, legatur: *praecelso suo Typo*.

Pag. 204, lin. 23-24: E/2627 [De Provençères C.], 2822 [Silva Henríquez R.], 2826 [Zazpe V.] (+ 4 P.), 2828 [Heuschen I.] proponunt ut hae lineae inter se invertantur. De quibus posset sat longe disputari. Scribatur: «... progrediens in fide, *spe* et caritate, *ac* *divinam* voluntatem in omnibus quaerens et obsequens».

Pag. 204, post lin. 25: Em. Suenens cum insistencia proponit additionem de apostolatu. En textus: «... obsequens. Unde etiam in opere suo apostolico ad Eam merito respicit, quae genuit Christum, ideo de Spiritu Sancto conceptum et de Virgine natum, ut in cordibus quoque fidelium nascatur et crescat; quae Virgo in sua vita exemplum existit materni illius affectus, quo cuncti in missione apostolica Ecclesiae cooperantes ad regenerandos homines animari oportet». Prima pars sententiae alludit ad thema de nativitate Christi in corde fidelium. Quod thema praesertim inde ab Origene in Ecclesia diffunditur. In altera parte efferitur B. Virgo ut exemplar ardoris apostolici. Additio admittitur.

Ad num. 55

Pag. 204, lin. 29: secundum suggestionem E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 30 P.), delentur verba «non adfuit tantum sed», utpote superflua.

Pag. 205, lin. 4: secundum E/2782 [Pourchet M.] deletur «quidem», ob motivum stylisticum.

Pag. 205, lin. 4: proponit E/2668 [Aldegunde Dorrego F.] ut scribatur: «qui cultus, *plerumque hyperduliae dictus*, prout in Ecclesia...». «Simili locutione» ait, «orientales non offendi existimo et ab historia minime receditur».

Expressio tamen, utpote satis technica, a Commissione non censetur adhibenda.

Pag. 205, lin. 5: proponit E/2822 [Silva Henríquez R.] ut scribatur, loco «essentialiter differt»: *infinite distat*.

«*Essentialiter differt*» est intentionaliter a Commissione positum, quia expressio accuratior est quam «infinita distantia».

Pag. 205, lin. 18 ss.: proponit E/2791 [Bea A.] ut hae lineae omittantur quia inutiles. Ideo delentur.

Pag. 205, lin. 26: rogat E/2791 [Bea A.] quid significat «cultum *atholicum*». Sufficit «cultum» sine addito.

Pag. 205, lin. 30: proponunt E/2651 [Melendro F.], 2736 [Signora A.], 2840 [Melendro F.], 2954 [Gonçalves Cerejeira E.] (+ 113 P.) ut addatur: «*quorum eminet rosarium*».

Recolitur tamen quod Concilium *particularia et determinata* exercitia non videtur enumerare debere, necnon quod Rosarium apud Catholicos Orientales non est in usu. Ideo verba proposita non inseruntur.

Pag. 205, lin. 34: proponit E/2791 [Bea A.] ut dicatur: «ut *aeque* ab omni falsa...». Quod admittitur.

Pag. 205, lin. 42: textus valde approbatur ab E/2620 [Janssens I. B.] et etiam ab E/2518 [Meouchi P.], 2602 [13 epp. Africae Centro-Orient.]. Proponit E/2961 [Silva Henríquez R.] ut addatur post ultimam lineam: «... originem *et praecipue mirabilem adimpletionem in Ipsa spiritus evangelicarum beatitudinum, quibus Dei Genitrix hominumque Mater absolutissimam christianae perfectionis exemplum existit*».

Ratio: ut sensus paragraphi magis positivus evadat et orientatio detur de contento praedicationis. Quia tamen tota alinea ultima numeri 54 de Maria ut exemplari virtutum agit, additio non censetur admittenda.

Pag. 206, lin. 6: proponit E/2688 [Aldegunde Dorrego F.] ut scribatur: «... fratres seiunctos *aliosve* in errorem *vel aversionem* erga...». Ita etiam loquuntur E/2699 [Silva Henríquez R.] (+ 39 P.), 2697 [Léger P. Ae.], 2698 [Döpfner I.]. Correctio admittitur.

Proponitur ut pag. 206, lineae 1-4 auferantur, ne impressio oriatur talem aequalitatem inter Christum et Mariam de facto aliquando praedicari. Propositio admittitur. Ita simul tonus fit magis positivus, ut optavit i. a. [= *inter alios*] Em. Léger, E/2697.

Ad num. 56

Proponit E/2731 [Kempf V.] ut mentio fiat de *Apoc.* 12, 1 ss., ubi describitur signum magnum in coelo apparens. Commissio propositionem non admisit, ne intrare videatur in interpretationem controversam huius loci.

Pag. 206, lin. 25 ss.: proponit E/2791 [Bea A.] ut addatur: «afferunt honorem, *ac gaudet speciatim* Orientales ad cultum Deiparae semper Virginis fervido impulsu ac devoto animo concurrere».

Haec idea clare iam adest in textu, qui consequenter stare potest.

Pag. 206, lin. 37: proponit E/2822 [Silva Henríquez R.] (+ 30 P.) ut addatur: «*ad gloriam Sanctissimae et individuae Trinitatis*». Haec suggestio admittitur, quia accipitur propositio statim sequens, de delenda exhortatione finali.

Etenim, pag. 207: proponunt E/2627 [De Provenchères C.], 2724 [Sapelak A.], 2782 [Pourchet M.], 2791 [Bea A.], 2822 [Silva Henríquez R.] (+ 30 P.), 2839 [Van Dodewaard I.] (+ 10 P.), 2967 [Pourchet M.] (+ 21 P.) ut deleatur exhortatio finalis, quia textui conciliari non convenit. Proponit E/2724 [Sapelak A.] ut loco invocationum litanicarum exponatur doctrina de patrocinio et auxilio Deiparae Virginis.

Quod tamen iam fit alibi.

Deleta autem praedicta exhortatione finali, cadunt sequentes propositiones.

Pag. 207, lin. 8-11: proponit E/2730 [Jaeger L.] formulam: «Virgo igitur fidelis intercedat apud Filium suum, ut Ipsa per Spiritum Sanctum augeat in nobis fidem et spem futurorum bonorum. Beata Virgo exemplo suo nos erigat ad coelestia desideria...».

E/2728 [Van Lierde C.] quoque postulat mentionem de Spiritu Sancto.

Pag. 207, lin. 26: legatur: «gaudio totius societatis coelestis...» (E/2635 [Lucey C.]).

Finitur itaque Caput VIII et ultimum cum mentione de SS. Trinitate, a qua totum Schema initium sumpsit.⁶²

7.2. *La "Relatio super Emendationes" in Concilio*

Incaricato dalla Commissione Dottrinale, l'Arcivescovo di Québec Mons. Maurice Roy lesse in Concilio la *Relatio super emendationes*, che era stata approvata dalla stessa Commissione Dottrinale. Anche questa Relatio ha il suo valore per l'interpretazione degli emendamenti introdotti nel testo definitivo sulla B.V. Maria.

« *Venerabiles Patres,*

Cum gaudio e ore Patrum in hac Aula audivimus multas laudes et aliquando explicitas commendationes de schemate proposito pro Capite VIII nostrae Constitutionis *De Ecclesia*, nempe *De Beata Maria Virgine Deipara in Mystero Christi et Ecclesiae*. Nonnisi pauci omnino Patres aestimaverunt schema in extollenda figura B. Virginis aliquatenus deficere. Apparuit autem in tota disceptatione fundamentalis concordia circa doctrinam in Schemate expositam; pro qua concordia Deo gratias agimus.

Plures tamen Patres correctiones proposuerunt, praesertim de praesentatione et modo dicendi, necnon de accuratissima fidelitate servanda in citandis textibus Sacrae Scripturae et documentis Traditionis. De his omnibus emendationibus Commissio sedulo rationem servavit, et hac data occasione gratum suum animum pandit erga omnes qui quovis modo ad meliorem textum conficiendum operam suam contulerunt.

Nunc autem, Venerabiles Patres, praecipuas emendationes in schemate introductas recensemus.

1) In prima paragrapho explicitius exprimit Concilium quod Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta, B. Virginem filiali pietatis affectu *tanquam ma* -

⁶² *Acta Synodalia...*, III, VI, p. 23-35.

trem amantissimam prosequitur, mutuatis scilicet verbis ex Bulla Aurea Benedicti XIV. Ita aequivalenter exprimitur munus maternum Mariae erga Ecclesiam, id est erga omnes eius Pastores atque fideles.

2) Sub numero 54, doctrina de hac *maternitate Mariae in ordine gratiae* modo aptiore et magis ordinato explanatur.

3) In eadem paragrapho, Commissio fere unanimi consensu statuit edicere: «Propterea B. Virgo in Ecclesia titulis *Advocatae, Auxiliatricis, Adiutricis, Mediatricis invocatur*», et longe maior pars membrorum Commissionis in eodem contextu explicationem theologiam inserendam decrevit, de sensu quo haec cooperatio Virginis in ordine salutis ab Ecclesia intelligitur, in perfecta scilicet fidelitate erga affirmationes Sacrae Scripturae. Ita autem in problemata inter theologos disputata non intramus, sed factum latissime diffusum asserimus invocationis, qua populus noster sub variis titulis auxilium et protectionem Beatae Virginis in ordine ad salutem implorat. Ita sane unica mediatio Christi Redemptoris non offuscat, sed virtutem suam peculiariter ostendit.

4) In fine eiusdem paragraphi addita est explanatio de modo quo *omnis activitas apostolica* in Ecclesia ad Matrem Dei et Matrem hominum respicit, tanquam ad perfectum suum exemplar.

5) Denique in duabus ultimis paragraphis quaedam effectae sunt *opportunae abbreviationes*, ut documentum tenorem profunde doctrinalem in omnibus suis partibus servet et manifestet.

Venerabiles Patres,

Coram illo spiritu concordiae et conciliationis, qui tum in Aula tum in Commissione feliciter, Deo dante, apparuit, liceat in memoriam revocare praeclara verba, ab Em.mo Card. Frings coram Vobis prolata: «Humiliter rogo, Fratres, ut omnes sint parati aliquid sacrificare de suis ideis etsi iustis, ... et assentiamus huic Schemati optimo, ut credo, inter possibilia, exarato cum multo labore et sudore Commissionum competentium et Peritorum.

Ut verbis utar Apostoli Pauli, ... omnes simus unanimes, (quia) unum Corpus, una fides, unus Deus et Pater omnium, ut et hoc Decretum fiat in gloriam Dei et Eius, quem misit, et in honorem Deiparae Virginis Mariae, quam omnes, Patres, Observatores, Auditores tenerrime amamus ».

Huic exhortationi non expedit ut plura addamus. Ut clarum est omnibus in quaestionibus de theologica explicatione, Schema propositum simpliciter affirmat illud quod communiter admittitur, ita ut cunctorum oculis veritas doctrinae manifeste pateat et cunctorum corda eam cum gaudio amplecti possint. Quia autem singulae partes Decreti plenum et accuratum sensum suum non produnt, nisi quando in toto complexu ex-

planationis considerantur, velint Patres diversas partes Schematis non separatim et a totali expositione velut avulsas ponderare: secus enim singulae paragraphi internum suum aequilibrium cum aliis partibus patefacere non possent.

Quapropter optamus ut Venerabiles Patres de toto Capite, quod de Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae, unum suffragium complexivum exprimere velint. Quod suffragium speramus fore quasi unanime et non nimia mole Modorum oneratum. Ita enim coram tota Ecclesia et omnibus hominibus testimonium sollemne proferemus de fide nostra invincibili in Christum Filium Dei, ideo de Spiritu Sancto conceptum et ex Virgine natum, ut in cordibus quoque fidelium omnium nascatur et crescat, necnon honorem et amorem pandemus quo concorder circumdamus Deiparam, Virginem et Matrem, quae ut Typus Ecclesiae in fide et dilectione iure celebratur.

Ipsa enim, ut textus noster cum S. Augustino dicit, cooperata est caritate, ut fideles in Ecclesia nascerentur, qui summi Capituli Christi membra sunt et fratres Filii sui. Faxit Deus ut Ipsa etiam in hoc Concilio semper magis magisque appareat ut causa nostrae laetitiae!⁶³

8. L'OTTAVA REDAZIONE

La votazione in aula dell'intero schema *De Ecclesia* il 29 ottobre 1964 diede il seguente risultato: Votanti: 2091; *placet*: 1559; *non placet*: 10; *placet iuxta modum*: 521; *votum nullum*: 1.⁶⁴ 521 modi! Troppi, per il poco tempo a disposizione. La Commissione Dottrinale li schedò secondo la materia, e ad ognuno di essi diede motivata risposta. Il fascicolo edito, distribuito ai Padri, consta di 24 pagine, e porta il titolo: SACROSANCTUM OECUMENICUM CONCILIUM VATICANUM SECUNDUM, *Schema Constitutionis dogmaticae De Ecclesia. Modi a Patribus conciliaribus propositi, a Commissione doctrinali examinati. VIII. Caput VIII, De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae* (Sub secreto), Typis Polyglottis Vaticanis 1964. Non riporta più il testo del capitolo, ma solo la *Relatio generalis*, in tre punti: *Modi generales* (p. 3-4); *Relatio de particularibus* (p. 4-21); *Correctiones admissae* (p. 22-24).⁶⁵

⁶³ *Acta Synodalia...*, III, VI, p. 35-37.

⁶⁴ Cf. *Acta Synodalia...*, III, I, p. 109-110 (*processus verbales*) e III, VI, p. 49.

⁶⁵ Riedito in *Acta Synodalia...*, III, VIII, p. 151-171 (le *Correctiones admissae*: p. 168-171).

Poiché non serve allo scopo della presente pubblicazione l'analisi particolareggiata dei modi, ma solo conoscere quelli che sono stati positivamente accolti e sono stati quindi introdotti nel testo definitivo, mi limito a riprodurre il terzo punto: *Correctiones admissae in capite VIII*.

8.1. Le “*Correctiones admissae in capite VIII*”

La numerazione delle pagine e delle righe si riferisce al fascicolo di 24 pagine, distribuito ai Padri conciliari, per giustificare le ultime correzioni ammesse o respinte.

Num. 53

Pag. 3, lin. 22-23: *Intuitu meritorum Filii sui*, sublimiore modo redempta Eique arcto ... vinculo unita.

Pag. 4, lin. 3-6: Simul autem cum omnibus hominibus salvandis in stirpe Adam invenitur coniuncta, immo «plane mater membrorum (Christi), ... quia cooperata est caritate, ut fideles in Ecclesia nascerentur, quae illius Capitis membra sunt».

Num. 54

Pag. 4, lin. 13-14: Ideo Sacrosancta Synodus...

Pag. 4, lin. 19-20: ... matrem Christi et matrem *hominum, maxime fidelium*.

Num. 55

Pag. 4, lin. 33 - pag. 5, lin. 3: «Libri quidem Veteris Testamenti historiam salutis, qua Christi in mundum adventus lento gradu praeparatur, *describunt*. Quae primaeva documenta, qualiter in Ecclesia leguntur et sub luce ulterioris ac plenae revelationis *intelliguntur*, clarius pedetentim in lucem proferunt figuram mulieris, matris Redemptoris. Ipsa, *sub hac luce*, iam prophetice adumbratur .

Pag. 5, lin. 7-8: (Cf. Is. 7, 14; Mich. 5, 2-3; Mt. 1, 22-23).

Num. 56

Pag. 5, lin. 20-23: ... Quemadmodum femina contulit ad mortem, ita etiam *femina* conferret ad vitam. Quod praecellentissime valet de Matre Iesu, quae ipsam Vitam, omnia renovantem, mundo effudit, *et a Deo donis tanto munere dignis praedita est*.

Pag. 6, lin. 3: Merito igitur sancti Patres... *censent*...

Num. 57

Pag. 6, lin. 38: ...*verbumque* Filii non intellexerunt (parentes Eius).

Num. 58

Pag. 7, lin. 5: misericordia permota, *initium signorum Iesu Messiae* intercessione sua induxit.

Pag. 7, lin. 7: in decursu praedicationis Eius *suscepit* verba quibus Filius ... beatos proclamavit.

Pag. 7, in. 19-22: Ac demum ab eodem Christo Iesu in cruce moriente uti mater discipulo *his verbis* data est: *Mulier, ecce filius tuus!* (Cf. Io. 19, 26-27).

Num. 59

Pag. 7, lin. 25: Cum vero Deo placuerit humani (*sic*) salutis sacramentum non ante *sollemniter* manifestare,

Num. 61

Pag. 8, lin. 20-23: (Beata Virgo) his in terris exstitit *alma divini Redemptoris mater*, singulariter prae aliis generosa socia et humilis ancilla Domini.

Num. 62

Pag. 9, lin. 2: Materna sua caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus *neqnon in periculis et angustiis versantibus* curat ...

Num. 64

Pag. 10, lin. 9-13: Et ipsa est virgo, quae fidem Sponso datam integre et pure *custodit*, et imitans Domini sui matrem, virtute Spiritus Sancti, virginaliter *servat* integram fidem, solidam spem, sinceram caritatem.

Num. 65

Pag. 10, lin. 36-39: Unde etiam in opere suo apostolico *Ecclesia* ad eam merito respicit, quae genuit Christum, ideo ... ideo ... natum, ut *per Ecclesiam* in cordibus quoque fidelium nascatur et crescat.

Pag. 11, lin. 1-3: ... Cuncti in missione apostolica Ecclesiae cooperantes ad regenerandos homines *animentur* oportet.

Num. 66

Pag. 11, lin. 6-7: (Maria) utpote *sanctissima Dei Mater*, ...

Pag. 11, lin. 10-12; ... sub cuius praesidium fideles in cunctis periculis *et necessitatibus* suis deprecantes confugiunt.

Pag. 11, lin. 13-15: cultus populi Dei erga Mariam mirabiliter *crevit* in veneratione et dilectione...

Num. 67

Pag. 12, lin. 12-14: Studium Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum et doctorum *Ecclesiaeque liturgiarum* sub ductu Magisterii excolentes ...

Pag. 12, lin. 17-21: Sedulo arceant quaecumque sive in dictis sive in factis fratres seiunctos *vel alios quoscumque* in errorem *circa* veram Ecclesiae doctrinam inducere possunt.

Num. 69

Pag. 13, lin. 1: Sacrosanctae huic Synodo ...

Pag. 13, lin. 10-12: (Maria) nunc quoque *in caelo super omnes beatos et angelos exaltata*, in omnium sanctorum communione apud Filium suum intercedat, donec cunctae familiae populorum, sive *quae* christiano nomine decorantur, sive *quae* Salvatorem suum adhuc ignorant... congregentur.

Ad Notam 16 [addendum] Pius XII, *Nuntius Radioph.*, 13 maii 1946: AAS 38 (1946) pag. 266.⁶⁶

8.2. La votazione e la promulgazione della costituzione "De Ecclesia"

La votazione ebbe luogo il 18 novembre 1964, durante la 125^a Congregazione Generale, sul quesito: «*An placeat expansio facta a Commissione doctrinali circa Modos, Caput VIII respicientes, cum correctionibus supra indicatis?*»,⁶⁷ e diede il seguente risultato: votanti: 2120; *placet*: 2096; *non placet*: 23; suffragium nullum: 1. In tal modo, essendo il cap. VIII l'ultimo capitolo approvato, tutto lo schema *De Ecclesia* sarebbe stato automaticamente approvato.⁶⁸ Ma non così voleva la procedura.

Durante la medesima 125^a Congregazione Generale fu distribuito lo schema già emendato di tutta la costituzione, per essere votato l'indomani. Il fascicolo della Costituzione – comprensivo del Capitolo VIII – è di un formato minore, rispetto agli altri fascicoli più grandi: misura 17,5x25 cm. Consta di 73 pagine stampate. Porta il titolo: SACROSANCTUM OECUMENICUM CONCILIUM VATICANUM SECUNDUM, *Constitutio dogmatica De Ecclesia*, Typis Polyglottis Vaticanis 1964. Inizia: PAULUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI UNA CUM SACROSANCTI CONCILII PATRIBUS AD PERPETUAM REI MEMORIAM. Seguono i capitoli. Il Caput VIII, *De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Eccle-*

⁶⁶ *Acta Synodalia...*, III, VIII, p. 168-171.

⁶⁷ *Acta Synodalia...*, III, VIII, p. 370.

⁶⁸ Cf. *Acta Synodalia...*, III, VIII, p. 375.

siae a p. 60-68, note a piè pagina, con numerazione propria, a cominciare con la nota numero 1.⁶⁹

Il 19 novembre 1964, all'inizio della 126^a Congregazione Generale, il Segretario Generale, dopo aver letto l'*incipit* e l'*explicit* di ciascun capitolo della Costituzione *De Ecclesia*, chiese: «Ergo, *placet* vel *non placet* vobis hoc schema *De Ecclesia*?». ⁷⁰ L'esito della votazione su tutta la Costituzione fu il seguente: votanti 2145; *placet*: 2134; *non placet*: 10; suffragium nullum: 1. Tutto lo schema *De Ecclesia* dunque è definitivamente approvato dai Padri conciliari.⁷¹

Ma questa approvazione fu reiterata prima della promulgazione nella quinta sessione pubblica, il 21 novembre 1964, festa della Presentazione della B.M.V., dopo la S. Messa concelebrata dal Sommo Pontefice Paolo VI con 24 Padri conciliari (nei giorni precedenti avevano fatto la prova della concelebrazione!), e dopo il canto del *Veni Creator Spiritus*. Ancora una volta il Segretario Generale, Mons. Pericle Felici, lesse l'*incipit* e l'*explicit* di ciascun capitolo della costituzione dogmatica *De Ecclesia*, quindi chiese: «*Placetne* an *non placet?*». ⁷² La votazione avvenne in breve tempo, e diede questo risultato: *placet* 2151; *non placet*: 5.⁷³

Il Sommo Pontefice Paolo VI, mentre tutti in piedi ascoltavano, proclamò:

«In nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti:

Constitutio dogmatica *De Ecclesia*, quae in hac Sacrosancta et Universali Synodo Vaticana Secunda legitime congregata modo lecta est, placuit Patribus.

Et Nos, Apostolica a Christo nobis tradita potestate, illam, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus, et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus» [plausus].⁷⁴

⁶⁹ Il testo della Costituzione dogmatica *De Ecclesia* è stato riedito in *Acta Synodalia...*, III, VIII, p. 829-836.

⁷⁰ *Ibid.*, p. 396-397.

⁷¹ *Ibid.*, p. 407.

⁷² *Ibid.*, p. 781.

⁷³ *Ibid.*, p. 782.

⁷⁴ *Ibid.*, p. 782.

Nelle edizioni a stampa – come nel testo distribuito in aula conciliare ai Padri – la promulgazione è la seguente:

«Haec omnia et singula quae in hac Constitutione dogmatica edicta sunt placuerunt Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum, die 21 mensis Novembris anno 1964.

Ego Paulus Catholicae Ecclesiae Episcopus».

*Sequuntur Patrum subsignationes.*⁷⁵

Dopo la promulgazione della costituzione *Lumen gentium* continuò intenso il lavoro dei Segretari della Commissione Dottrinale, in collegamento con la tipografia vaticana, per preparare in modo sollecito, rivedere stampare l'edizione ufficiale, che apparve negli *Acta Apostolicae Sedis* e più tardi fu ripresa negli *Acta Synodalia*.⁷⁶

Così si concluse il faticoso cammino del Capitolo VIII, col quale – ben più che con tutti i documenti precedenti del Magistero conciliare e pontificio – fu offerta dalla Chiesa Cattolica alla Vergine Madre una “*fulgens corona gloriae*” e alla Chiesa una dottrina sicura sulla Madre di Dio e sulla sua intima partecipazione al mistero della salvezza voluto dal Padre per tutti gli uomini, in Cristo e nella Chiesa.

⁷⁵ *Ibid.*, p. 836; e AAS 57 (1965) p. 67.

⁷⁶ Edizione ufficiale del testo in AAS 57 (1965) p. 5-67; *subscriptioes Patrum*: p. 67-71. L'edizione di tutta la costituzione dogmatica *De Ecclesia* è stata preparata e riveduta dal p. S. Tromp, secondo la metodologia usata in *Acta Apostolicae Sedis* (ad es., cfr. invece di cf.; e modo diverso nelle abbreviazioni bibliche). Le note in questa edizione ufficiale sono progressive, dal primo all'ultimo capitolo: perciò le note del cap. VIII iniziano col numero 172 e terminano col numero 195. Invece, l'edizione ripresa in *Acta Synodalia*..., III, VIII, p. 784-836 (meno accurata), numera le note per ciascun capitolo cominciando dal numero 1. Ho riscontrato le due edizioni: c'è qualche diversità di maiuscole, e una sola vera disattenzione negli *Acta Synodalia*, relativa al n. 55 della Costituzione, cioè all'esposizione su Maria nell'Antico Testamento. Nella parentesi che segue la citazione della Vergine partoriente gli *Acta Synodalia* – diversamente dal fascicolo trasmesso in aula ai Padri e dall'edizione ufficiale di *Acta Apostolicae Sedis* – punteggiano diversamente le citazioni: *Acta Apostolicae Sedis* scrive, giustamente: (cf. Is. 7, 14; cf. Michea 5, 2-3. – Matth. 1, 22-23); invece gli *Acta Synodalia* scrivono: (cf. Is. 7, 14; cf. *Mi.* 5, 2-3; *Mt.* 1, 22-23), mettendo sullo stesso piano le citazioni veterotestamentarie e il testo-base di Matteo: così anche l'*Enchiridion Vaticanum* (Edizioni Dehoniane - Bologna).

8.3. Le "Notae"

Nel primo schema "De Beata", le "Notae", preparate da p. Balić e riviste ed emendate dalla Commissione Teologica Preparatoria, erano abbondanti non per numero, ma per ampiezza di citazioni, con lo scopo esplicito di mostrare ai Padri conciliari il sicuro fondamento sul quale poggiava il testo.

Nel secondo schema, cioè nel capitolo VIII sulla B.V.M., le "Notae" sono redatte in modo stringato e definitivo: si cita la fonte (o le fonti) e si rimanda all'edizione rispettiva.

Le note compaiono per la prima volta nella terza redazione di Philips, vengono ampliate e discusse – come più sopra ho mostrato – nella quarta redazione di Balić. Sono ufficialmente inserite nel testo solo nella sesta redazione della Commissione Dottrinale, poiché il dattiloscritto della quinta redazione della Sottocommissione si riservava di presentarle più tardi. Tanto nella sesta quanto nelle seguenti redazioni, furono edite con numerazione propria, benché ormai il testo *De Beata* facesse parte del *De Ecclesia*, come ultimo capitolo. Solo nell'edizione promulgata e ufficiale della costituzione dogmatica *De Ecclesia*, edita in *Acta Apostolicae Sedis*, portano il numero progressivo che spetta al capitolo VIII.

Le "Notae" sono rimaste quasi invariate nelle due edizioni a stampa, con piccole integrazioni ed estromissioni. Non è mio compito darne una valutazione. Per completezza, dopo la sinossi delle redazioni del testo, riporto in *appendice* la sinossi delle note.⁷⁷

⁷⁷ Le "Note" della sesta redazione: *Acta Synodalia ...*, III, I, p. 364-366; le "Note" dell'edizione ufficiale: AAS 57 (1965) p. 5-66, a piè pagina del testo. Vedi tuttavia la precedente nota 76.

APPENDIX

SCHEMA-BALIĆ DEL 21 NOVEMBRE 1963

- NB. Riporto in questa *Appendix* lo schema preparato da p. Balić il 21 novembre 1963, e inviato a Mons. Philips, come ultimo tentativo di compromesso per il capitolo *De Beata* da includere nella costituzione *De Ecclesia*. Si vedano le pagine 233-235 e la nota 48 di questo secondo capitolo. Si conserva copia alla PAMI, *Archivio Balić*, anno 1963.

*Caput VI seu Epilogus*DE LOCO ET MUNERE BEATAE VIRGINIS DEIPARAE
IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE

A mano, calligrafia di p. Balić, nel dattiloscritto dell'Archivio Balić:

Nota bene! Hoc capitulum compilatum est ex 5 schematibus indicatis in margine sequentibus siglis:

- OGS = Schema officiale correctum a Ven. Patribus Conc. linguae germanicae et Conferentiae Episcoporum Scandinaviae
 PHIL = Redactio Rev.mi Dni G. Philips
 HISP = Schema Hispanicum
 CHIL = Schema Chilenum
 BUT = Epilogus Rev.mi Abbatis Butler

Mysterium Ecclesiae, in qua Divinus Redemptor salutem operatur, Sacrosancta Synodus contemplandum demum sibi proponit peculiari habita ratione “gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi”, quippe quae cum Capite et Membris Corporis mystici Christi intime coniungatur.

- OGS 1.- (*De arcta necessitudine inter Christum et Mariam iuxta Dei beneplacitum*). Immensae etenim bonitatis Creator omnium sapientissimus Deus, qui omnimoda fruebatur libertate in determinanda via ac ratione qua generis humani *elevatio in consortium divinae naturae* et liberatio a se perageretur, ab aeterno uno eodemque decreto cum divina Sapientiae incarnatione Beatissimam Virginem praestituit, ex qua Verbum caro factum, in plenitudine temporis (cfr. Gal. 4,4), nasceretur. Cum autem sacrae litterae, sive diserte sive implicite, Mariam cum Iesu arcissimo et indissolubili vinculo coniunctam inde a praeannuntiatione prophetica (cfr. Gen. 3,15; Isai. 7,14; Mt. 1,23) ac virginali conceptione (cfr. Mt. 1,18-25; Lc. 1, 26-38), veluti ante oculos proponant plane congruit ut postquam Sancta Synodus *de mystico Christi corpore locuta est summam etiam illustret tum Virginis locum et munus in Ecclesia tum redemptorum officia erga Mariam, Christi ipsorumque Matrem.*
- HISP

PHIL 2.- (*De Maria in A. Testamento*). “Historia salutis in Vetere Testamento, quo lente praeparabatur adventus Christi in mundum, pedetentim clarius proponit figuram *mulieris*, Redemptoris Matris, quae iam propheticè praenuntiatur in promissione protoparentibus in peccato lapsis, facta de victoria super serpentem (cfr. Gen. 3,15). Ipsa est virgo quae ‘conciptet et pariet filium cuius nomen vocabitur Emmanuel’ (cfr. Isai. 7,14). Ipsa ex qua in Bethlehem ‘egredietur qui sit dominator in Israel’ tempore quo parturiens pariet (cfr. Mich. 5,2-3). Ipsa est per excellentiam *Filia Sion* praecellens inter humiles et pauperes Domini, qui salutem fiduciose nonnisi ab eo sperant et acceptant. In ea post longam expectationem promissionis, complentur denique tempora et inauguratur oeconomia nova, quando Filius Dei in humanam stirpem intravit ut eam mysteriis carnis suae a peccatis liberaret”.

OGS 3.- (*De Maria in Annuntiatione*). Cum igitur aeterni Patris Verbum
 HISP hominis naturam ex muliere sumere voluerit, ut quemadmodum “femina contribuit ad mortem ita etiam contribuerit (*sic*) ad vitam”, et sic liberatio ope utriusque sexus haberetur, id “ita perfecit ut designatae Matri” (*sic*), ex praevisis meritis Christi sublimiore modo redemptae, “gratia sua potenti eandem praeveniente, liberam in fide acceptationem donaret” (cfr. Lc. 1,38), “ut Filius Dei incarnatus novus Adam Salvatorque mundi, Beatae Mariae quoque filius fieret”.

Quo consensu Maria, Filia Adae, facta est non tantummodo Mater Iesu unici divini Mediatoris ac Redemptoris, verum etiam sub Eo et cum Eo, adsociata est, divina dispensatione, ad opus redemptionis Christi.

Iste autem Deigenitricis salutaris consensus et eius consortium in Redemptionis opere perficiendo, “indesinens perseveravit”.

BUT Merito ergo *Patres Mariam non passivum instrumentum* sed “causam liberam salutis generis humani per fidem et oboedientiam habebant, ita ut ‘Virginis Evae Virgo Maria fieret advocata’ (S. Irenaeus, *Adv. Haeres.* 5,19,1; cfr. 4,33-4. PG 7, 1175; 1074-5). Unde Patres et liturgiae asserere solebant per Virginem Evam, mortem; per Virginem vel de Virgine Maria vitam apparuisse (S. Cyr. Hier., *Cat.* 12,15. PG 33,741). Et comparatione cum Eva facta, Mariam matrem viventium appellare (S. Epiph., *Haer.* 78,18. CGS 37, 468-9). Et quasi in proverbium proferre ‘mors per Evam, vita per Mariam’ (S. Hier., *Ep.* 22, 21. PL 22, 408) vel ‘per feminam mors, per feminam vita’ (S. Augs., *Serm.* 232. PL 38, 1108)”.

PHIL 4.- (*Maria et Iesus Infans*). “In Evangelio de Iesu infantia Maria describitur ut exurgens cum festinatione ad visitandam Elisabeth, quae, Spiritu Sancto repleta, illam salutatur: ‘Beata quae credidisti, quia perficientur in te ea quae dicta sunt tibi a Domino’ (Lc. 1, 44-45). Ipsa vero exsultans prophetavit: ‘Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est’ (Lc. 1, 48-49). Nocte Nativitatis Deipara Filium suum primogenitum, qui virginitatem Matris illibatam conservavit et consecravit, gaudens amplectitur, eumque recens natum ‘homini-

bus bonae voluntatis, pastoribus vigilantibus, et sapientibus ex Oriente magis, verum lumen quaerentibus, laetabunda ostendit.

Quando vero eum in templo, cum oblatione pauperum Domino praesentavit, diro dolore affecta est, audita praedictione de contradictione cui Filius exponeretur ac de gladio qui animam Matris pertransiret (Lc. 2,34-35). Dolorosa etiam fuit sed fide constans in tenebris persecutionis, quando Ioseph cum Puero et Matre eius in Aegyptum fugit (Mt. 2,13-14). Dolens rursus et mirans quando puerum per tres dies quaesitum, in templo, in eis quae Patris eius erant occupatum adinvenit (Lc. 2, 48-49).

HISP In his omnibus elucet 'Matris et Filii nunquam dissociata consuetudo vitae et laborum'; in his elucet 'perpetua cum Iesu Filio ad gaudia, ad lacrimas, communio vitae instituta', salutarium mysteriorum plena, quae meditabunda conservabat Maria conferens in corde suo (Lc. 2,19 et 51) (S. Pius X, *Ad diem illum*, 2 febr. 1904. DC, n. 488, p. 371. Leo XIII, *Magnae Dei Matris*, 8 sept. 1892; DC, n. 395, p. 267)".

PHIL 5.- (*Maria, in vita publica et in Passione Iesu Christi*). "Durante autem vita publica Iesu, in initio, in decursu, et in consummatione operis eius Beata Virgo signanter apparet. In initio quidem quando ad nuptias in Cana Galileae, misericordia pro hominibus egentibus mota, primum signum effusionis messianicae intercessione sua inducit, dum Iesum gloriam suam manifestavit et crediderunt in Eum discipuli eius, ipsa vero servis locuta est: 'Quodcumque dixerit vobis facite' (Io. 2,1-11). In decursu praedicationis eius audivit verba quibus Filius eius, regnum ultra ligamina carnis et sanguinis extollens, oboedientia custodientes verbum Dei sicut ipsa fideliter custodiebat, beatificavit (Mc. 3,35; Lc. 11, 27-28). Maxime vero Matris cum Filio indesinens unio tunc enituit, cum iuxta Crucem non sine divino consilio stetit (cfr. Io. 19, 25), vehementer cum Unigenito suo condoluit, eius sacrificio seipsam cum Ipso et per Ipsum magno animo consociavit.

HISP Ibi namque vita Redemptoris culmen attingebat altissimum; ibi etiam nova Eva, Adami novi adiutorium non modo adfuit sed interfuit (Leo XIII, *Parta humano generi*, 8 sept. 1901, DM, n. 472, p. 351) adeo ut 'ex hac Mariam inter et Christum communionem dolorum et voluntatis, promeruerit illa ut reparatrix perditae orbis dignissime fieret', ut verbis utamur venerabilibus a Sancto Pio X confirmatis (cfr. *Ad diem illum*, ibid., n. 488, p. 371)". "Decuit ergo ut cum Sacerdos noster iam iam moriturus Novum Testamentum sanguine suo condebat, spiritualem Virginitatem maternitatem proclamaret super redemptos universos (cfr. Io. 19,25).

OGS Quoniam vero humanae Redemptionis fructus non antea plene conferendi erant quam promissus a Christo Spiritus Sanctus, in die Pentecostes adveniret, Mariam una cum Apostolis in oratione in Cenaculo contemplamus perseverantem (cfr. Act. 1, 14), suis quoque precibus effusiones Spiritus implorantem.

- OGS 6.- (*Mariae Virginis singularia privilegia et exitus gloriosus*). Maria Virgo a Deo, qui ineffabili Eam prosecutus est amore, singularibus omnino privilegiis ornata est: mirabilis quippe fuit in suo ortu, ob Immaculatam Conceptionem; mirabilis in sua vita, cum exspers omnis culpae personalis, insimul mater semperque mente et corpore, virgo exstiterit; mirabilis denique in suo exitu, quia etsi mortem subiit temporalem, quo plenius Filio assimilaretur, nexibus tamen mortis cum deprimi minime potuisset, corpore et anima gloriosa in caelum assumpta est.
- PHIL “Ita plene conformatur Filio suo immortalis saeculorum Regi ac peccati mortisque victori et in signum elevatum pro tota Ecclesia, quae ad eandem spem gloriae Christi resuscitati etiam in corpore participandae, exemplo sui praecellentissimi Membri, suaeque Matris et Reginae fortiter roboratur”.
- OGS 7.- (*Maria in tempore Ecclesiae*). Cum itaque Beatissima Virgo ab aeterno praedestinata, ut esset Dei hominumque Mater, divina Providentia sic disponente, hisce in terris Christi passibilis fuerit generosa Socia “in opere Redemptionis, eo ipso coelestis quoque gratiae Mediatrix et Advocata nostra” iure meritoque salutatur, quoniam etiam nunc Christi gloriosi in coelis socia manens, pro omnibus per Christum intercedit. “Ita ut quae olim cooperata est fide et caritate ut fideles in Ecclesia nascerentur, sit etiam nunc nostrae salutis media et sequestra”.
- Maria autem in Christo est Mediatrix, eiusque mediatio non ex aliqua necessitate, sed ex beneplacito divino et superabundantia et virtute Iesu provenit, qui iuxta absolutam significationem verborum Apostoli (1 Tim. 2,5): “Unus... Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus”. Christi ergo mediatio Beatæ Virginis mediatione non obscuratur vel minuitur, sed potius extollitur et honoratur.
- Hinc itaque evincitur Mariam quae in Corpore Christi mystico conde-
 dando partem habuit, quaeque Assumpta in caelum ac Regina a Domino constituta erga omnes maternum gerit animum, super omnes post Filium obtinere primatum.
- 8.- (*Maria typus Ecclesiae*). Beata Virgo Maria, sive pauper et humilis in terris degens, sive gloriosa in caelo regnans, eximium Ecclesiae typum et exemplar venerabilis agnovit Traditio.
- Ecclesia enim sponsa Christi est, quam ipse sibi praeparavit ‘gloriosam non habentem maculam aut rugam’ (Ephes. 5,27); est Virgo quae uni Christo pure et veraciter adhaeret; Mater est etiam quae per regenerationis lavacrum novos Dei filios indesinenter educit. Praeit autem Maria, Christi Spiritus sponsa, cum eo in universis caritatis operibus coniuncta inde ab Incarnatione; praeit Maria, ante partum, in partu et post partum Virgo integerrima uni Deo consecrata; antecedit Maria, totius Christi Mater ‘spiritu quidem non Capitis nostri quod est ipse Salvator, ex quo magis illa spiritualiter est nata, sed plane membrorum eius quod nos sumus... corpore vero ipsius Capitis mater’ (S. Aug., *De sancta Virg.*, 6; PL 40, 399).
- HISP

Ideo Ecclesia oculos ad Mariam elevat, quae utpote vera Dei et hominum Mater, omnibus creaturis dignitate et sanctitate praecellit et toti electorum communitati tanquam exemplar praeferat.

PHIL Ecclesia de ea pie recogitans, eamque in lumine Verbi hominis facti contemplans, in summum mysterium Incarnationis venerabunda intimius penetrat, Sponsoque suo semper magis conformatur. Maria enim in historia salutis intrinsecus ingressa, maxima fidei nostrae dogmata velut incorporat. Praedicata, ad Filium suum, eiusque sacrificium atque ad amorem Patris auditores advocat. Praedicantibus autem, omnibusque apostolicis operariis animum addit, ut gloriam Christi enixius proclamant, Ecclesiam vero praecelsae figurae Mariae continuo magis similem efficiant, in fide, oboedientia, caritate, puritate, patientia.

OGS 9.- (*De cultu erga Beatissimam Virginem Mariam*). Quoniam igitur Beatissimae Virgini singularis competit excellentia, ita ut ab archangelo, nuntio Dei, gratia plena (Lc. 1, 28) et ab Elisabeth Spiritu Sancto repleta, benedicta inter mulieres (cfr. Lc. 1, 42) salutari meruerit, nil mirum si, quemadmodum ipsamet de seipsa prophetavit, “betam me dicent omnes generationes” (Lc. 1, 48), cunctis a gentibus et ab universis ritibus, suffragiis saeculorum decursu continuo crescentibus, omni quidem cum laude, “Beata” praedicatur, colitur, amatur, invocatur eademque in exemplum ad imitandum proponitur.

HISP “Quae enim Filius Matri suae largitus est tanta sunt, ut omnium hominum et angelorum dona et gratias immense superent, cum nulla unquam dignitas dari possit, quae divinam maternitatem excedat aut aequet: Maria enim, ut ait Angelicus Doctor, ex eo quod est mater Dei, habet quamdam dignitatem infinitam, ex dono infinito quod est Deus (Pius XII, *Nunt. radioph.*, “Inter complures”, 24 oct. 1954; DM. 918, p. 830; cfr. 1, 25, 6, ad 4). Quae autem in excellentia una est, una etiam hyperduliae cultu ab Ecclesia veneratur”.

OGS Tantum vero abest ut huiusmodi singularis cultus marialis cultui divino latriae detrimento sit, ut potius illi quam maxime faveat. Varias igitur formae pietatis erga Dei hominumque Matrem, quas Ecclesia – intra limites sanae et orthodoxae doctrinae pro temporum et locorum condicionibus et pro indole ingenioque fidelium – approbavit, ad id spectant, ut, dum Mater honoratur, Filius in quo aeterno Patri complacuit omnem plenitudinem inhabitare (cfr. Col. 1,19), rite noscatur, ametur, glorificetur eiusque mandata serventur; et sic per Christum, qui est “via et veritas et vita” (Io. 14,6), homines ad Dei unius et trini cognitionem supremamque adorationem perducantur.

Quam sanam, catholicam doctrinam, Sacra Synodus consulto fortiterque docet, eodemque tempore admonet Episcopos, ut sedulo invigilent, theologis divinisque verbi praeconibus, ut ab omni falsa veritatis superlacione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Dei Parentis dignitate consideranda, abstineant.

Commendando igitur devotio qua christifideles Deiparae gloriosae

laudes concelebrant vel Advocatae piissimae patrociniū deprecantur meminerint autem omnes veram devotionem in quodam unius momenti affectu minime consistere, prorsusque respuant omnem vanam credulitatem; e contra firmiter teneant devotionem ex vera fide procedere, qua omnes adducimur ad imitationem virtutum illius Sanctissimae Virginis, quae fuit “ancilla Domini” (Lc. 1, 38), humillima et oboedientissima quaeque fidelissime servavit, ea “conferens in corde suo” (Lc. 2,19) quaecumque ad Verbum Incarnatum pertinebant (Lc. 2,51), beata quia creditit (cfr. Lc. 1,45) salutata.

CHIL 14.- (*Virginis exaltatio*). Nil igitur mirum si Beata Virgo “quae vere omnis creaturae Domina facta est cum Creatoris mater exstitit, necnon quia Dei voluntate in aeternae salutis nostrae opere eximias habuit partes” (Pius XII, *Ad Caeli Reginam*, 11 oct. 1954; DM., n. 902, p. 800-801), inde a Concilio Ephesino, Eam pietas Ecclesiae “ut Reginam et imperatricem Mariam effingit, regio in solio sedentem, regalibus ornata insignibus, diademate redimitam, atque angelorum sanctorumque caelitem circumfusam cohorte”. (ibid., n. 900, p. 799).

PHIL In coelo igitur, iuxta Ioannis visionem “Virgo sole amicta refulget, cum luna sub pedibus eius ac duodecim stellis coronata (Ap. 12,1), ubi neque mors neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra, quia prima abierunt et nova facta sunt omnia (Ap. 4,5), ita Maria manifestatur typus Ecclesiae consummatae, exemplar videlicet illius gloriosae beatitudinis, qua Ecclesia fruetur, cum omnia innoventur ac civitas Hierusalem de coelo a Deo descendat, parata sicut sponsa ornata viro suo (Ap., 21,1-8). Interea sperat et orat Ecclesia, ut omnes qui christiano nomine honorantur, et quorum plures, praesertim in orientalibus regionibus fervido impulsu in Deiparae cultu devotionemque feruntur, Maria “Ecclesiae Matre” intercedente, ad pacem et concordiam catholicam perveniant. Ita cuncti qui in Christum credunt, seipsos, Deo favente, aliquando agnoscent etiam ut filios dolorum et gaudiorum Beatae Virginis, fratres et sorores Primogeniti, cui cum Patre et Sancto Spiritu sit gloria honorque in saecula.

HISP

CAPITOLO III

SINOSSI DELLE OTTO REDAZIONI
DEL CAPITOLO VIII DELLA *LUMEN GENTIUM*

LEGENDA

Redactio I: Primo schema («*tentamen elementarium*») composto dal relatore G. Philips nei giorni 9 e 10 novembre 1963; assunto il 25 novembre 1963 come testo-base anche dal secondo redattore incaricato, il p. C. Balić.

Redactio II: Testo composto da p. Balić il 27 novembre 1963, tenendo a base lo schema-Philips, ma riorganizzandone la materia in maniera più logica e integrandolo con elementi del primo schema ufficiale e di altri schemi mariani in circolazione.

Redactio III: Schema fondamentale che G. Philips compose in Belgio il 9 gennaio 1964, come *Caput VI seu epilogus* della costituzione *De Ecclesia*. In esso incorpora o espunge le modifiche e le aggiunte della seconda redazione di Balić.

Redactio IV: Nuovo tentativo di C. B a l i ć, il 28 gennaio 1964, di introdurre nella *Redactio III* di Philips temi ed elementi a lui cari: redazione non accettata da Philips, eccetto per alcuni elementi nuovi.

Redactio V: Philips e B a l i ć, con “concordia discorde” trasmisero il 20 febbraio alla Sottocommissione (composta dai Cardinali König e Santos e dai Vescovi Doumith e Théas), e il 25 febbraio al Segretario della Commissione Dottrinale la quinta redazione. Tra il dattiloscritto originale, e le due edizioni che conobbe il testo, vi sono aggiunte e varianti, che ho evidenziato in carattere corsivo.

Redactio VI: È il testo che la Commissione dottrinale accettò in marzo, modificò in giugno e quindi in luglio inviò ai Padri conciliari in due colonne: *textus prior* (della Sottocommissione), *textus emendatus* (della Commissione).

Redactio VII: È il testo emendato dalla Commissione Dottrinale in base alle osservazioni dei Padri conciliari: le varianti sono redatte in corsivo.

Redactio VIII: Testo promulgato il 21 novembre 1964 da Paolo VI. Gli ultimi ritocchi – cioè i *Modi* accettati – figurano in corsivo.

<i>Redactio I</i> PHILIPS 9/10-11-1963	<i>Redactio II</i> BALIĆ 27-11-1963	<i>Redactio III</i> PHILIPS 9-1-1964	<i>Redactio IV</i> BALIĆ 28-1-1964
<i>Caput VI seu Epilogus</i>	CAPUT VI seu EPILOGUS	CAPUT VI	[CAPUT VI]
DE LOCO ET MUNERE B. VIRGINIS DEIPARAE IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE	DE LOCO ET MUNERE B. VIRGINIS DEIPARAE IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE	DE LOCO ET MUNERE B.V DEIPARAE IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE	DE LOCO ET MUNERE B.V DEIPARAE IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE
<i>1. (Exponitur generale principium).</i>	<i>I – (Exponitur generale principium)</i>	<i>I. De themate in genere.</i>	<i>I. Prooemium</i>
Immensae bonitatis Creator sapientissimus Deus mysterio Filii incarnati, in Ecclesia revelato et continuato, redemptionem mundi complere decrevit.	1. Infinitae bonitatis et sapientiae fons Deus, per mysterium Incarnationis, in Ecclesia revelatum et continuatum, mundi redemptionem complere volens, Filius suum misit, «factum ex muliere» (Gal. 4, 4).	1. Benignissimus et sapientissimus Deus, mysterio Unigeniti sui incarnati, in Ecclesia revelato et continuato, mundi redemptionem complere volens, «ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, factum ex muliere, ... ut adoptionem filiorum recipere-mus» (Gal. 4, 4).	1. Benignissimus et sapientissimus Deus, mysterio Unigeniti sui incarnati, in Ecclesia revelato et continuato, mundi redemptionem complere volens, «ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum factum ex muliere, ... ut adoptionem filiorum recipere-mus» (Gal. 4, 4).
Sacrosancta Synodus, divinum illud salutis consilium grato animo meditans atque praedicans, omnium oculos dirigit ad Iesum Christum Dominum nostrum,			
«qui propter nos homines et propter		«Qui propter nos homines et propter	

<i>Redactio V</i> SUB-COMMISSIO 25-2-1964	<i>Redactio VI</i> COMMISSIO DOCTRINALIS 26-6-1964	<i>Redactio VII</i> TEXTUS EMENDATUS 27-10-1964	<i>Redactio VIII</i> TEXTUS PROMULGATUS 21-11-1964
CAPUT VIII (VEL CAP. VII)	CAPUT VIII (VEL CAP. VII)	CAPUT VIII (VEL CAP. VII)	CAPUT VIII
DE BEATA MARIA VIRGINE DEIPARA IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE	DE BEATA MARIA VIRGINE DEIPARA IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE	DE BEATA MARIA VIRGINE DEIPARA IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE	DE BEATA MARIA VIRGINE DEIPARA IN MYSTERIO CHRISTI ET ECCLESIAE
48. [PROOEMIUM]	52. (olim n. 48). PROOEMIUM	I. PROOEMIUM	I. PROOEMIUM
[<i>De B. Virgine in mysterio Christi</i>].	[<i>De B. Virgine in mysterio Christi</i>] (A).	52. [<i>De B. Virgine in mysterio Christi</i>].	
Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi redemptionem complere volens,	Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi redemptionem complere volens,	Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi redemptionem complere volens,	52. Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi redemptionem complere volens,
«ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, factum ex muliere, ... ut adoptionem filiorum reciperemus» (Gal. 4, 4).	«ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, factum ex muliere, ... ut adoptionem filiorum reciperemus» (Gal. 4, 4).	«ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, factum ex muliere, ... ut adoptionem filiorum reciperemus» (Gal. 4, 4-5).	«ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, factum ex muliere, ... ut adoptionem filiorum reciperemus» (Gal. 4, 4-5).
«Qui propter nos homines et propter nos	«Qui propter nos homines et propter nos	«Qui propter nos homines et propter nos	«Qui propter nos homines et propter nos

<i>Redactio I</i> PHILIPS 9/10-11-1963	<i>Redactio II</i> BALIC 27-11-1963	<i>Redactio III</i> PHILIPS 9-1-1964	<i>Redactio IV</i> BALIC 28-1-1964
nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine» (Credo Const.).		nostram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine» (1).	
Fideles itaque exhortantur ut, Salvatorem suum recogitantes et cum omnibus sanctis communicantes,	Ex quo contingit, ut, Caput Corporis mystici adorantes et cum omnibus sanctis communicantes,	Unde fideles in Ecclesiae Corpore Caput Christum adorantes atque cum omnibus sanctis communicantes,	Unde fideles Christum Caput adorantes atque cum omnibus sanctis communicantes,
memoriam venerantur «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi» (Canon Missae Rom.).	memoriam veneremur «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi» (Canon Missae Rom.).	memoriam venerentur oportet «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi» (2).	memoriam venerentur oportet «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genetricis Dei et Domini nostri Iesu Christi» (1).
Virgo Maria enim, quae angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit ac mundo effudit,	2. Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit ac postea mundo effudit,	2. Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit,	2. Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit,
		ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur. A Filio suo sublimiore modo redempta	

<i>Redactio V</i> SUB-COMMISSIO 25-2-1964	<i>Redactio VI</i> COMMISSIO DOCTRINALIS 26-6-1964	<i>Redactio VII</i> TEXTUS EMENDATUS 27-10-1964	<i>Redactio VIII</i> TEXTUS PROMULGATUS 21-11-1964
stram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine».	stram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine» (1).	stram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine» (1).	stram salutem descendit de coelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine » (1).
Quod salutis divinum mysterium nobis revelatur et continuatur in Ecclesia, quam Dominus ut corpus suum constituit, et in quo fideles Christum Caput adorantes atque cum omnibus sanctis Eius communicantes,	Quod salutis divinum mysterium nobis revelatur et continuatur in Ecclesia, quam Dominus ut corpus suum constituit, et in qua fideles <i>Christo Capiti adhaerentes</i> atque cum omnibus sanctis Eius communicantes,	Quod salutis divinum mysterium nobis revelatur et continuatur in Ecclesia, quam Dominus ut corpus suum constituit, et in qua fideles Christum Capiti adhaerentes atque cum omnibus sanctis Eius communicantes,	Quod salutis divinum mysterium nobis revelatur et continuatur in Ecclesia, quam Dominus ut corpus suum constituit, et in qua fideles Christum Capiti adhaerentes atque cum omnibus sanctis Eius communicantes,
memoriam etiam venerationis oportet «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi».	memoriam etiam venerationis oportet «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi» (2).	memoriam etiam venerationis oportet «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi» (2).	memoriam etiam venerationis oportet «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi» (2).
[<i>De B. Virgine et Ecclesia</i>].	[<i>De B. Virgine et Ecclesia</i>] (B).	53. [<i>De B. Virgine et Ecclesia</i>].	
Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit,	Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit,	Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit,	53. Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit,
ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur. A Filio suo sublimiore modo redempta	ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur. A Filio suo sublimiore modo redempta	ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur. A Filio suo sublimiore modo redempta	ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur. <i>In tuitu meritorum Filii sui</i> sublimiore modo redempta

<i>Redactio I</i> PHILIPS 9/10-11-1963	<i>Redactio II</i> BALIC 27-11-1963	<i>Redactio III</i> PHILIPS 9-1-1964	<i>Redactio IV</i> BALIC 28-1-1964
arcto et indissolubili vinculo cum Eo coniungitur.	in humanae redemptionis opere peragendo cum Eo indivulse consociatur;	eique fedelissime unita, hac summa dignitate ditatur ut sit Genitrix Dei Filii, filia praedilecta Patris et sacrarium Spiritus Sancti, quo eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis, coelestibus et terrestribus, longe antecellit.	arcto et indissolubili vinculo cum Filio coniungitur. Summa dignitate ditata ut sit Genitrix Dei Filii, praedilecta filia Patris et sacrarium Spiritus Sancti, Maria, hoc eximiae gratiae dono, omnibus aliis creaturis coelestibus et terrestribus longe antecellit.
Simul autem cum omnibus hominibus salvandis in stirpe Adam invenitur coniuncta,	simul autem cum omnibus hominibus salvandis e stirpe Adam invenitur coniuncta, quippe quae, et ipsa a Christo sublimiore modo redempta,	Simul autem cum omnibus hominibus salvandis in stirpe Adam invenitur coniuncta,	Simul autem cum omnibus hominibus salvandis in stirpe Adam invenitur coniuncta quippe quae et ipsa a Christo sublimiori modo redempta est (2).
quia «cooperata est caritate, ut fideles in Ecclesia nascerentur, qui huius Capitis membra sunt» (S. Aug. De Virg. 6).	«cooperata sit caritate, ut fideles in Ecclesia nascerentur, qui huius Capitis sunt membra» (S. AUGUSTINUS, <i>De virg.</i> , 6).	immo «cooperata est caritate ut fideles in Ecclesia nascerentur, qui huius Capitis membra sunt» (3).	
